et tunc erit ipedimētū in locutione hec erit stupor in tota medietate dextra aut erit oppilatio in tota medietate sinistra et fiet paralysis totius lateris sinistri: aut erit oppilatio solū in uētriculo posteriori s3 partē dextrā: aut sinistrā et fiet paralysis lateris dextri aut sinistri a ceruice infra cū in columitate partiū faciei qa oppilatio cōicat solū vni medietati nuche que diuisa ē in duas medietates ſm longitudinē vsq3 ad caudā mediante paniculo subtilissimo male p uisū discernibili qd rōnabile ē: q2 orit a duabus medietatibus cerebri sic diuisi. Si uero oppilatio erit i toto vētriculo posteriori absq3 oppilatiōe anteriorū uētriculorū uel solū erit i ābabus ptibus pricipij nuche: tūc palysis erit in ābabus ptibus dextra et sinistra cū i columitate ptiū faciei: licet cutis capitis sit stupida cū recipiat sensū a neruis oriētibus a ceruice. Similiter si fuerit oppillatio in cerebro añriori et medio s3 partē dextrā aut sinistrā erit paralysis in parte dextra aut sinistra faciei cū in columitate residui corpis. Rarissime tñ cōtingit q sit oppilatio in oībus originibus septē partiū neruorū a cerebro oriētiū quī cōicet alia egritudo sicut epilepsia et silis. Si vero oppilatio est in nucha nō in origie sua sicut a dislocatōe spōdilis cū attritōe nuche aut ruptura: ita vt dislocatio sit quasi angularis nō ſm figurā semi circuli sicut in gibbis, tunc fiet ablatio sensus et motus et paralysis fortissima in oibus mēbris ifra dislocationē. Et si erit vna ex spōdilibus colli satis cito morietur p hibita pectoris dilatione. Et si est ex spōdilibus ifra pectus ad erit ipotētia retinēdi vrinā et feces et ipam expellēdi. Si vero oppilatio sit in neruo pticulari ipediet sensus et motus illius mēbri cui deseruit. Et silr si fuerit a mā deferēte spiritū vitalē. Cāe vero remotiores primitiue sūt sicut pcussio casus et offensio super capite vnde craneū sup cerebrū cōprimit: necnō spōdiles dislocāt et nerui scindunt: aut rūpunt. Silr arterie deferētes spiritū vitalē cuius absentia nō solū est cā paralysis imo ēt mortis mēbri. Silr frigiditas extrema aeris obuiās capiti cōgelās spiritū: aut oppilās oppilatione attenuatoria. Silr hūiditas multa remolliens faciēs cadere vnū parietē sup alterū. Silr crapula ebrietas replēs caput et cerebrū debilitās: vinū. n. potēs multū trāsiēs idigestū ad neruos acetosat in eis: acetū quoq3 acutū vel acuitate nocet: potus aque cōgelate somnus sup repletionē retētio eūonū cōsuetap: multus coitus: nimia qes: motus laboriosi sicut extēsio pstrictio et silia accidētia aie molesta sicut timor et tristitia. Cāe vero corporee antecedētes et ēt coniuncte sunt hūores superflui phlegmatici sanguinei licet phlegmatici ut plurimū sint in causa.

**Signa.** Uero pnostica sunt dispō corpoꝝ frigidoruz et hūidorum: necnon calidorum et humidorū quum plurimū repleta sunt et proprie in etate decrepita et maxime in hyeme aut i vere multū hūido. Secūdū pnosticum vilnā ifātis viridis pronosticatur paralysim aut spasmum: Arguit ei frigiditatem et phlegmatis abūdantiā verisilr lesuri neruos infantiū debiles. Tertiū stupor et tremor perseuerās pronosticat spasmū vel paralysim ſm plm ſm diuam materie grosse magis factiue spasmi: aut subtilis magis factiue paralysis. Quartū lassitas mēbrorū: diminutio in sensu et motu suntuia in paralysim et cetera.

**Signa.** Demōstratiua sūt signa Rasis posita i textu et supius exposita. s. nocumentum diminutionis aut ablationis sensus et motus solius: pulsus paruus tardus et rarus: sed virtute debilitate fit frequens et eueniunt ei uicissitudines sine ordine. i. q aliquādo frequētat magis aliquādo minus ſm variū uirtutis conatū. Et urina ſm plurimū fit in eis alba mā repēte ad locū paralyticū. Et qñq3 fit valde rubea propter renū debilitatē in discernēdo sanguinē ab aquositate: aut pp paucitatē eius: aut debilitatē venarū que sunt post epar ab attractiōe sanguinis: aut ppter dolorē: aut aliā egritudinē q̄ propter nō oportet vt ex rubedine vrine arguat dominiū sāguis et phlebotomiaz eē faciēdā. Signa aūt cārū sūt: q2 si est a casu p cussione cōstrictione ipa eā significāt et nocumētū ex ipsa derelictū: Quādoq3 tñ occultat quum neruus ē pfundus: ipaz ergo significat q subito accidit et nō cōfert ei curatio. Signa uero distictiua causarū extrīsecarū hēntur ex narratiōe ifirmi vel astātū. Si uero cāe fuerint itrinsece: tūc si fuerit mala complexio signa habentur ex tactu q2 repsentat tactui caliditas: frigiditas, mollities: vel aspitas: qd etiā eger pcipit: cognoscit ēt ex iuuātibus et nocētibus et q facilis est curatio et ex precessione causaꝝ ĩprimētiū illā malā cōplexionē. Ad hoc etiā adiuuat complexio mēbri egri cōplexio totius habitudo regio etas tps regimē pcedēs. Signa vero hūorū peccātiū sunt hec eadē et que supius dicta sunt in ca. de soda. Si vero fuerit ab apostemate adsunt signa apatū calidorū et frigidorū aut mistorū. Paralysis vero cretica succedēs alijs egritudinibus cognoscit p pcessionē illarum: et q diminuūtur aut auferuntur fcā hmōi pmutatione et cetera.

**Pronostica.** Paralysis ex friditate et humiditate sine mā est ex his qbus facile est succurrere cū calefactione. Secūdū qōcūq3 mēbroꝝ mollificatorū Secūdū mēbrorū ſm colorē reliq corporis existēs: aut si bi nālis nō minorat nec extenuat ē de quo maior fiducia ē habēda sed in cōtrario cōtrariū idicat. Tertiū paralysis subito eueniēs a dislocatione spōdiliū et pprie ad interiora: aut a solutione cōtinui secūdū latū nō recipit curā: que vero fit a solutiōe ſm longū: aut ab ictu nō cōterēte neruos vehemēter quādoq3 sanatur. Quartū paralysis fortis est quasi cure impossibilis debilis vero non facile sanatur. Quintū tremor et dolor in paralysi superius bonum. Sextum qū paralysis trāsit ānūū: secūdū plurimū nō recipit curā. Septimū ex phibitione spiritus eueniēs ē difficilioris cure q3 pueniēs a mala dispōe spūs. l3 illa q̄ fit a corruptōe spūs si multa sit uix recipiat curā. Et q̄ fit ex phibitiōe spūs uitalis ē deterior qū aufert vitā simul cū motu et a fortiori cā pueīt q2 vie sūt latiores. s. arterie q3 nerui. Octauū palyticat vnū mēbrū magis q3 aliō: q2 magis debile aut q2 vias h3 latiores: aut q2 suppositū pti cerebri aut nuche q̄ magis patit. ē Nonū latus paralyticū si ē frigidissimū et sanū calidissimū malū significat. n. cōuersioꝫ oiuȝ spirituū ad latus sanū et iporū paucificationē in latere egro. Unde ptes aquee et terree dominātes molle deducūt se ad frigiditatē actualē et ex hac causa macrescit latus paralyticū: et variat pulsus in eo a pulsu lateris sani ſm frigiditatis dominiū. Et oculus lateris paralytici mioratur ex eadē cā. s. debilitatis uirtutibus nālibus. Et ex his patet q̄re aliquādo aufert motus et nō sensus aliquādo ecōtra nā spiritus paucificatis citius aufertur motus q3 sensus. Et si fiāt p diuersos neruos stat vnū ledi sine altero. Et tertio hoc fiat ſm q tēperamētū p vno magis corrūpit q3 pro alio: sicut lapsus ad hūidū magis iperficit motū: et ecōtra lapsus ad siccū magis ipēdit sensum et cetera. Almā.

Cuius curā icipiemus: pilulas fetidas quas cōposui dādo que recipiūt pulueris picre. ℥. x. colloquinti de iterioris. ℥. v. euforbij. ℥. ij et ʒ. castorei: piperis asse fetide serapini: oppoponaci: sceitargi indi: sinapis oium ana. ℥. i: cētaureae mioris: elaterij amboꝝ ana. ℥. v gumme in succo rute dissoluātur: et alia ex eis cōficiātur: et fiunt pilule, et fiunt ex eis. x. potiōes.

Jo. Ar.

Cuius curā incipiemus. Diuidit presens ps in duas ptes: In pria pōit curā paralysis phlegmatice. In secūda curā paralysis ex pcussiōe et casu. Secūda ibi Quod si paralysis Pria i qnq3. Primo pōit curā p ventris solutionē. Secundo p dietā. Tertio p medicinas locales. Quarto p medicinam sūptā per os resoluētē. s. cōfectionē anacardinā. Quinto ponit qd faciendum sit si hoc nō sufficerent. Secunda ibi. Quaꝝ vna postq3. Tertia ibi. Mēbra quoq3 eius. Quarta ibi. Diebus vero qbus. Quinta ibi Quod si sumptū. De pria parte dicit q tu debeas icipere curā exhibēdo pilulas fetidas q̄s ipe cōposuit et cetera. Recipe pulueris picre. i. amare: et ē hiera simplex de q̄ supius dcm ca. et sic. i scdo soluēs magis phlegma q3 cholerā et pprie a capite et satis leuiter. ℥. x. collogn. euforbii castorei asse que supius dcā et declarata sunt serapinū ca. in scdo sic. in tertio: gūmi satis notū et ē medicina cataracte: op

popõaci ca. ⁊ sic. in tertio sceptaragi. i. tapsie ⁊ est herba sillis na sturtio. ca. ⁊ sic. in fine scõi oium ana. ʒ. j. centauree mioris ela/ cterij ⁊ est succus cucũeris assi. ca. ⁊ sic. in tertio ⁊ multũ valet i asclute sublimatũ: ⁊ in pilulas reddactũ cũ correctiuis suis: est eni potẽtissimũ ad educendũ aquã gũme dissoluant in succo rute que est ca. ⁊ sic. in secũdo: proprius in egritudinibus capi tis ⁊ neruorũ ⁊ subdit φ sunt. x. potiões. sed notate φ vnaqꝫ potio erit. iij. ʒ. cũ dimidia ⁊ tẽporibus nostris est nimis exces/ siua medicina quã corpora nequeũt tolerare. Sufficeret. n. ʒ. i. est. n. euforbiũ fortissima medicina cuius dosis ẽ a kirat. i. vsꝫ ad. iij. ⁊ kirat est. iiij. g. hordei. Et pro vnaquaqꝫ potiõe de hoc sola ingrediunt. gra. xv. Simil'r de colloquitida. ca. ⁊ sic. in tertiõ ingrediunt i vnaquaqꝫ potione. gra. xxx. cuius tñ dosis est aki rat. vi. vsqꝫ ad. x. Assa vero est ca. in pricipio q̃rti sic. in scõo: Et G. existimaut ipam aliq̃liter solutiuã. sed certũ est φ ipa cõfert solutiõi ãtique frigide oppopõacũ ca. ⁊ sic. i tertio ⁊ soluit phle gma. Simil'r serapinũ soluit phlegma ⁊ aquositatẽ vnde si fiat cõpuatio sufficeret. ʒ. i. huius potiõis. Alman.

Quarũ vnã postqꝫ eger sũpserit p tres dies quie scat ⁊ nutriat tũc cuz aq̃ ciceris ⁊ oleo ⁊ sinapi. ⁊ dei de bibat aliã potionẽ. qõ post φ ter fecerit p aliq̃s di es qescat. Et nutriat carne frustati icisa ⁊ in sartagine frixa ⁊ mutagenath i qb' sũt species calide. vt. pip et his similia. i potu vero sũat hydromel.

Jo. Ar.

Quarum vnaz. Hic curat per dietam. d. φ postqꝫ eger sũ pserit vnã istarũ potionũ qescat p tres dies ab oi alia medicina soluẽte nisi forte aciperet aliq̃d clistere. Et interi nutriat aq̃ ci ceris cõdita cũ oleo. Est. n. mos regiõis sue oia cibaria fere cõ dire cũ oleo ⁊ parũ sinapis posset admisceri loco aromatũ vt cibus sit calidior magis propri' ɔtra phlegma. Et i fine triũ di erũ sũat aliã potionẽ ex suprascriptis. ⁊ sic post triduũ sũat aliã ⁊ interi nutriat. vt supra: deinde post qescat a medicis solutiuis p aliquos dies vt verbigra p hebdomodã ⁊ iteri nutriat carne frustati icisa ⁊ in sartagine frixa sed sit caro leuis vt auiũ: ⁊ mu tagenath q̃ sũt cibi ex carnibus minutissime icisis ⁊ cũ specieb' cõditis: sed spẽs i hoc casu sũt pip. ʒʒ. nux muschata ⁊ siles. qꝛ nutrimẽtũ dꝫ eẽ ca. ⁊ sic. actu ⁊ potẽtia q̃propter vitẽtur brodi alia ⁊ q̃ declinãt ad frigidũ ⁊ hu. actu ⁊ potẽtia nisi aliq̃ de qb' infra. i potu vero sumat hydromel cui' hec ẽ descriptio. vt. iiij. ptes aque admisceant vni mellis ⁊ bulliant ad cõsũptionẽ ter tie partis ⁊ collet. cuius laudes sunt eximie i oibus egritudini bus frigidis capitis ⁊ neruorũ. Alman.

Mebra q̃qꝫ ei' ex oleo costino iũgat. Nõ Recipit costi. ʒ. i. castorei. ʒ. ß. pipis piretri euforbij oiuz triũ añ. tertiã. ʒ. i. disoluat oia i. ß. lb. olei keiri: aut de nar cisco. et vtere eo.

Jo. Ar.

Mebra quoqꝫ. In hac tertia parte docet mẽbra paralytica iungi: sed multo magis origines neruoꝝ. s. posteri' cerebꝝ ⁊ to tã nucã cũ oleo costio cui' hec ẽ descriptio. ℞. costi. ʒ. j. pipis pi retri euforbij ana tertiã. ʒ. i. castorei. ʒ. ß. ⁊ dissoluat oia i media lb. olei de keiri: aut narcisco. keiri fm quosdã est viola ois mẽ sis ⁊ apud. A. nõ ẽ capitulũ de ipa: sed apud Serapionẽ ẽ sim plex ro. ⁊ Diascorides vocat eã leucoion ca. ⁊ sic. in secũdo: ⁊ ẽ resolutiua tumorũ. prouocat mẽstrua sanat ragadias ⁊ valet po dagricis ⁊c. Sed apud simonẽ ẽ plãta cuius sũt tres spẽcies vna hꝫ flores albos altera purpureos altera citrios q̃ ẽ simili ter ca. ⁊ sic. Narcissus secundũ Diascoridẽ ẽ bulbũ hẽaticũ si ue vt latini bulbũ domesticũ multi liliũ dixerũt folia similia por ro hẽt: sꝫ minora hasta duaꝝ palmaꝝ sine folijs: flos ẽ illi alb' i gyro ⁊ in medio croceus aut purpureus radicẽ habet rotun dã. ca. ⁊ sic. in scõo ppri' i passiõibus neruoꝝ. reliqua nota sũt Alman.

Dieb' vero qb' qescit dãde sunt quaqꝫ die. ʒ. ii. de anacardino qõ. Recipit. ʒʒ. piretri nigelle. costi mela no pipis macropipis oggi oiuz ana. ʒ. x. myrrhe rute sice asse fetide aristol. baccaꝝ lauri castorei sceitara gi idi. sinapis gẽtiane oiuz ana. ʒ. v. mellis anacardi. ʒ. v. vngat cũ oleo nucũ: ⁊ cũ melle cocto ɔficiat. hoc. n. medicamẽ valde ɔfert palysi apoplexie torture ⁊ trẽori morphee morsib' scorpionis ⁊ oib' passiõib' frigidis ⁊ spasmo humido. Nõ qum sumit illico p uoca sudorem: ⁊ infert febrem.

Jo. Ar.

Diebus vero quib'. In hac q̃rta parte administrat q̃qꝫ die d. ʒ. anacardie cõfectiõis qõ. Recipe ʒʒ. piretri costi nigelle me lano pipis. i. nigri piperis macropiperis. i. longi pipis q̃. oia sunt superius declarata alias. ozi. oggi. i. se. petroselini ca. ⁊ sic. i secundo oiuz an. ʒ. x. myrrhe rute sic. asse fetide que supra fuerunt declarata aristologie ca. in tertio sic. in secundo. bacce lauari ca. ⁊ sic. in secũdo castorei ca. ⁊ sic. in q̃rto sceitaragi. i. ta psie similis nasturtio acuta aperitia ca. sic. i fine scõi: sinapis ca. in q̃rto: gẽtiãe ca. in tertio sic. in secũdo ana. ʒ. v. mellis anacar di ca. ⁊ sic in quarto. Anacardus est fructus arboris qui pedi culus elephãtis a qbusdã vocat: vngat cũ oleo nucũ ca. in ter tio sic. in secundo ⁊ cũ melle cocto ɔficiant. Hoc. n. medicamẽ valde cõfert paralysi apoplexie torture. s. oris tremori albaras ⁊ est spẽs morphee. morsibus scorpionis ⁊ oibus passiõib' fri gidis ⁊ spasmo hũido. Nũ aũt sũitur illico puocat sudorẽ: ⁊ il lico infert febrẽ: quapp valet ad resolutionẽ cãe cõiuncte para lysis. Et dꝫ sumi cũ vna aut duabus. ʒ. hydromellis. Alman.

Quod si sũptũ nõ affert sanitatẽ eger ab oi medi camine p. x. dies abstineat excepta dieta: deiñ ad ipsi us curam redeundum.

Quod si sumptũ. Ponit i hac q̃nta pte qd faciẽdũ ẽ quz suprascripta nõ sufficerit ad curã. d. eẽ abstinẽdũ ab oi medica mine per. x. dies excepta dieta deinde ad ipius curã redeũdũ. s. ordinate sicut dictũ est. Ex quo collige in oi egritudie marie in chronicis eẽ faciẽdũ iterpollationẽ mediciaꝝ: Ne egruz tedeat ⁊ abhominationẽ icurrat ex tã cõtinuo vsu mediciaꝝ. Alman.

Nõ si paralysis ex pcussiõe aut casu euenerit ⁊ accit subito ita φ nerui equaliter ɔtudãt: taliter pmanebit nũq̃ eni sanabit. Nõ si nõ repẽte ex pdictis sꝫ paula tĩ ⁊ moliter iuaserit: loco pcussionis ẽplastrum hoc ẽ apponẽdũ qõ. Recipit farinã fenugreci. semẽ bebẽ sem mahaleb. sem reusini bõlliũ ãmõiacũ adipẽ ana tis cerã: oleũ de lilio ex his fiat ẽplastruz ⁊ suppõat.

Jo. Ar.

Nõ si palysis h docet curare palysim ex pcussiõe. d. φ si subi to accidere ta'r pmãebit ⁊ nũq̃ sanabit q̃propt' vanũ ẽ labora rei eius curatiõe sꝫ tñ in etate ĩfãtili cura fit possibilis cũ mẽbra spermatica possint in ea etate fm q̃ erãt prio restaurari. Nõ si nõ rẽpẽte sed paulati iuaserit cura est possibilis cũ tũc pueniat ex decursu hũoꝝ ad locũ q̃ deinceps possũt resolui. Applicat ergo loco pcussiõis emplastrũ φ ẽt origini neruorũ est applicã dũ cuius est hec descriptio. Recipe farinã fenugreci ca. ⁊ sic. in prio mollitiẽ exẽpli gra. ʒ. ij. se. bebẽ ca. in prio sic. in secũdo se mẽ mahaleb. i. medulla cerasi siluestris ca. ⁊ sic. in primo se. reu sini. i. pẽtadactili: que est catapuria maior siue spõsa solis ca. ⁊ sic. in tertio: dicet alia spẽs mior fit ca. ⁊ sic. in q̃rto ana. ʒ. ij. bdel lij ca. in prio ⁊ sic. in prio amomaci ca. in fi. tertij ⁊ sic. in primo ana. ʒ. ß. adipis anatis olei de lilio ana quãtũ sufficit ad bene i pinguãdũ cere quãtũ sufficit ad debite inuiscãdũ misce. Sꝫ no ta hãc medicina debere administrari vulnere iaꝫ consolidato aut cõtusione rẽota: paralysi rẽanẽte: lꝫ ẽt stãte cõtusiõe cõferat.

**Cura** Paralysis. Ante oia tria sunt cõsiderãda ⁊ attẽdẽ da i cura palysis spasmi stuporis trẽoris ⁊ saltus. Primũ vt nõ pperemus i pricipio ad vsuz mediciarũ fortiuz digeretiũ eũantiũ ⁊ diuertẽtiũ: sed icipiamus a leuibus grada tim ad fortiora, pcedẽdo que fortia nõ sunt applicãda in palili leui nisi post q̃rtũ. In media post septimũ in forti post. xiiij. Secũdũ vt medicine q̃ applicãt sint pprie in hmõi dispõnibus

cõfortantes cerebꝝ ⁊ neruos ꝑ virtutẽ primã secũdã tertiã ⁊ q̃r tã ⁊ sĩlr iuxta posse sint cibaria. Tertiũ vt medicine locales applicẽt origini neruoꝝ .s. nuche ⁊ ide oriẽtib⁹. Si vero fuerit i pti b⁹ faciei applicẽt circa secũdũ aut primũ vẽtriculũ ⁊ similiter applicẽt mẽbris paralyticis. ⁊c. Si ĝ paralysis pẽdeat a causa primitiua ut a frigore ⁊ similib⁹ preterq̃ꝫ a pcussione. Prima i tẽtio sit remotio cause primitiue ⁊ nocumẽti eius. Secũda ꝓhibitio humoꝝ a lapsu. Tertia correctio accidẽtiũ. Quarta debitũ regimẽ sex reꝝ nõ naturaliũ q̃ ordinate ĩfra ponẽt. Si vero palysis sit phlegmatica sicut ẽ ut plurimũ sex reqrũt ĩtẽtiones. Prima digerit. Secũda euacuat. Tertia diuertit. Quarta causã cõiũctã resoluit. Quinta corrigit accidẽtia. Sexta ordinat debitũ regimẽ sex rerũ nõ nãliũ. Et ego docebo simul p̃tes istarũ intẽtionũ pficere. Ponamus ergo q̃ hec paralysis sit fortis: vt sit exẽplũ aliis. Prima die palysi nihil medicialefaciẽdũ ẽ nisi forte clistẽ leue ex brodio pulli cũ .ʒ.i. zucari ru. ⁊ pauco sale si venẽ strict⁹ sit aut fiat suppositoriũ ⁊ eadẽ die nõ cõedat nꝫ bibat nisi forte apõnecessitatẽ fũeret aliqd hydrõellis. Scđa die sũat ꝑ digestiuo ⁊ ptꝫ cedat loco cibi hydromel bis aut ter exhibitũ i q̃ũtitate quatuor .ʒ. ꝑ vice ⁊ nihil aliud cõedat nisi forte si esset puer aut assuet⁹ multe cõestioni posſꝫ dari aliquid modicũ panate subtilis i qua esset saluia .s. minuti icisa ⁊ cocta: ⁊ hoc semel tamẽ i die naturali ⁊ nihil aliũ fiat mediciale nisi forte clistẽ de quo ẽ: aut suppositoriũ. In tertia die sumat ꝑ digestiuo aquã saluie cũ melle ro. aut cum equali quãtitate hydromellis aut hydromel i quo decocta sit saluia: sticados arabicũ rosmarin⁹ aut similis nõ multũ calide aut aperiẽtes non multũ ⁊ eadẽ die nihil aliud cõedat aut bibat nisi panatem de qua supra aut ouũ vnũ ꝫ saluia mistũ semel aut bis ⁊ post .vi. aut .viij. aut .x. gra. pini ꝑparata et fiat clistere de quo supra. In quarta die similiter regat vt i tertia ſꝫ i quĩta sexta ⁊ septima sit idẽ regimen cibi ⁊ pot⁹ de quo supra. Sed in his dieb⁹ singula die fiat clistere si opus sit ex decoctione saluie isopi sticados arabici ana. ℳ. i. agarici .ʒ.s. salis gẽme .ʒ.ij. decoquãt i .℔ij. ℔. aque ad ꝯsumptionẽ medietatis ⁊ ex .i. ℔. hui⁹ decoctionis cũ .ij. ʒ. olei fiat clistere. Digestiuũ vero sit hydromel de quo supra. posset tamẽ addi aliquid oxymellis simplicis aut cõpositi vbi vero esset assuetus multiplici cõestioni sicut pueri iterdũ deẽ aliquid hui⁹ ꝯfectiõis cui⁹ ẽ hec descriptio. Recipe zuccari .ʒ.iij. liq̃fiat cũ aqua saluie ĩfusionis cinamomi nucis muschate ⁊ .ʒʒ.i fiat man⁹ xpĩ: vel deẽ parũ hui⁹ electuarij. Recipe saluie recẽtis minuti icise ⁊ cũ melle q̃tũ sufficit fiat electuariũ optime dispumando mel. Octauo vero die sũat .ℨ.ij. pilulaꝝ de hiera simplici cũ scropulo vno agarici ꝑparati i oximelle squilitico ex qb⁹ fiant pilule .vij. ⁊ exhibeãt i mane ⁊ tardet prãdiũ ꝑ sex horas post: Et si videreẽ debilis posset dari aliqd carnis: aut aues parue asate aut aliqd simile i parua q̃ũtitate. Et sẽp in fine mẽse detur gra. pini ꝑparata aut ꝯfecta. Et hoc regimẽ vite ꝯtinuẽ vsq̃ ad .xiiij. diẽ dãdo in cibo ea q̃ dicta sũt ⁊ i potu solũ hydromel ⁊ abstinere sup famẽ ⁊ sitĩ ẽ ꝓpria cura hui⁹ egritudinis. Sꝫ ꝑ digestiuo i hoc tẽpore sumat hydromel de quo supra cui in decoctione potest addi aliquid modicũ cinamomi .ʒʒ. aut nucis muschate ut. Recipe saluie iue sticados arabici ana. ℳ.i. rute maiorane ana. ℳ.s. mellis .℔.s. aq̃ ℔.iij. cinamomi .ℨ. ij .ʒʒ. nucis muschate ana .ℨ.i. bulliãt ad ꝯsũptionẽ tertie partis dispumãdo ⁊ colet. ⁊ posſꝫ etiã addi oxymellis cõpositi .ʒ.i. et ꝓprie si materia videreẽ grossa: licet vt plurimũ sit sbtilis ⁊ in hoc tẽpore clisteria fortificẽt addẽdo suprascripto clisteri .ʒ.s. vl̃ vnã hiere ꝯposite .ʒ. aut hieralogodion aut similiũ. aut addẽdo suprascriptis herbis i decoctione cẽtaureã: aut colognthidã et similia. Sed i .xv. die exhibeãt .ℨ.ij. aut .ʒ.i. pilulaꝝ fetidaꝝ quaꝝ descriptioẽꝫ ponit Raſis i textu seruata debita custodia. Et deinceps vsq̃ ad .xviij. vel .xx. diem continuetur idem regimen vite: aliquantulum tamen si oportuerit paulatim ingrossãdo. Et ꝑ digestiuo in his dieb⁹ deẽ oxymellis squillitici sirupi de sticados ana .ʒ.vi. cũ trib⁹ .ʒ. digestiui suprascripti. Post ea sumpto digestiuo i his dieb⁹ quater aut q̃nq̃es detur .ʒ. vna aut .ℨ. quatuor piluiaꝝ fetidaꝝ de qb⁹ i textu ꝯuata debita custodia. Et clisteria i hoc tẽpore fortificẽt multiplicãdo i hoc tẽpore cẽtaureã collognthidã ⁊ addẽdo bartanitã de qb⁹ i apoplexia aut multiplicãdo electuaria solutiua de qb⁹ supra. deinde sequẽti die deẽ .ℨ.ij. triace distẽpate cuꝫ .ʒ.i. hydromellis supra scripti. ⁊ .ʒ.i. vini potẽtis ⁊ deẽ i mãe ⁊ dormiat post eã ⁊ tardet cibũ ꝑ .vii. horas ⁊ sudet si possit. Et i hoc tẽpore cõueniũt diuersiões fortiores sicut masticatoria ⁊ caputpurgia ⁊ sternutatoria de qb⁹ supra i aliis capitulis. Et ãte ista fortiora ꝯueniunt leuiora sicut fricatiões sup parte sana. fricatiões eni sup parte egra nõ fiũt: nisi quꝫ opus ẽ resoluere facta bina aut trina purgatione. post hoc ꝯueniũt resolutiua applicãda parti lese ⁊ origini neruoꝝ incipiendo a leuiorib⁹ sicut est oleũ de costo descriptõe Mesue. vulpinũ de ruta. de spica ⁊ similes gradati ascẽdẽdo ad oleũ de costo positũ ĩfra a Rasi oleũ de castoreo de piperib⁹ de euforbio postea ad aquã vitis factã ex optio vio. est. n. optia ⁊ vltia i resoluẽdo. Postea ad emplẽa rubificãtia ⁊ desiccãtia ex sinapi ⁊ silibus circa nuchã ⁊ ptẽ posteriorẽ cerebri. sed attẽdaẽ ne nimis ꝓfunde vlceret aut apostemet ⁊ propterea locus sepe videaẽ. Et in hoc tẽpore cõpetũt ventose sup pte palytica al's ꝑtacta ⁊ ꝓprie i capitib⁹ lacertoꝝ ⁊ i hoc tpe cõuenit cõfectio anacardina sed icipiaẽ prio a .ʒ.i. gradati ascẽdẽdo vsq̃ ad duas. Et deẽ alternis diebus cũ .ʒ.i. aut .ij. hydromellis de bñe calcefacti ⁊ deẽ i mane stõ ieiuno. dormiat post eã ⁊ sudet. q̃ si nõ curat⁹ fuerit qeſcat ꝑ .x. dies debito regimine seruato. dein de iterẽtur medicie fortes .s. digestiue euacuatiua resolutiua rubificatiua ⁊ cõfectio anacardia. Et si cũ his non libereẽ vadat ad balnea sulfurea aq̃a ⁊ alumiosa vel lutosa ⁊ aerea sine fumo sã ⁊ sumat aquã sup nuchã ⁊ ptẽ posterioꝫ cerebri debito regimie i balneis seruato. Si v̊o paralysis flegmatica esset leuior citius posset ingrossare dietã: citius deuenire ad digestiua fortia resolutiua rubificãtia ⁊ cõfectionẽ anacardinã. Procedẽte tpe põt bibere parũ vini boni cũ hydromelle lymphati. ⁊ dicta magis ingrosseẽ q̃ sẽp decliet ad calida. ⁊ sic. ⁊ vitẽtur brodialia nisi brodiũ cicerũ ⁊ galli antiq̃ssimi ⁊ brodiũ serpẽtis nõ venenosi. Et cõfert cerebrũ leporũ assatũ. ⁊ herbe aliq̃ue in hac dispositõe: sicut q̃ dicte sunt. acorus ⁊ ꝓprie cõdit⁹ cũ melle: ⁊ diacorus. Et ex aromatibus cinamomũ .ʒʒ. muschata gelãga ⁊ piper ⁊ ex fructibus grana pini ⁊c.

Aer declinet ad ca. ⁊ sic. cuius caliditas gradati itẽdaẽ. Somnus sit cõiter vi. horarũ ⁊ nõ dormiat sup cibũ. oẽs supfluitates solicite ꝑ cõueniẽtes regiões purgenẽ. exerciteẽ fortibus fricatiõibus: suppleãt. n. fricatiões locũ exercitij facteꝑ prio sup pte sana: deide sup egra ad spirituũ attractionẽ: ⁊ calidi viuificatioẽ: nẽ ante illõ tẽpus nec fricet neq̃ exerciteẽ. Accidẽtia aie calorẽ excitãtia sicut ira cõueniũt. Ordieẽ dieta sicut dictũ fuit subtilior in pricipio q̃ gradati ingrossando ꝓcedat: ⁊ cũ ꝓpriis: sicut hydromel saluia: rosmarinus: acorus: mẽta: maiorana: ruta: iua: isopus: capares: brodiũ ciceꝝ: galli antiq̃: ius serpẽtis nõ veneno si: aues pue: carnes leporis ⁊ ꝓprie cerebꝝ assatũ: grana pini ꝑparata ⁊c. Viteẽ vinũ nisi paucũ egritudine iã declinante ⁊ mediocriter viosũ. Viteẽ acetũ ex aq̃ frida: sit famelic⁹ ⁊ sitibũd⁹ ⁊c.

Seqẽ de palysi sanguinea.

Si vero sit palysis sãguinea ꝫ cõeꝫ opinionẽ: tũc ab ipo initio fiat phlebotomia ex pte cõtraria loco palytico ⁊ satis copiosa ꝑmisso clisteri si oꝫ lꝫ nũq̃ã videri phlebotomiã iuuare i palysi nisi fuerit a pcussiõe cõuulsiõe ⁊ silib⁹ ⁊ deẽ aq̃ hordei ⁊ aq̃ zuccarata ⁊ obserueẽ reliq̃ũ regimẽ suprascriptũ i phlegmatica. Si phlegma fuerit sãguini ꝑmistũ sicut ẽ vt pl'z: ſꝫ localia sint parũ ca. vñ sufficeret oleũ cãemillinũ de spica aut ruta qb⁹ ẽt oleũ ro. posset addi imo calida augmẽtãt egritudinẽ: ⁊ ita ꝓportiõa le regimẽ serueẽ in reliqs. Et ex his potes cõcipe qd faciẽdũ sit in reliquis spẽbus paralysis hũoralis: si cõtingit.

Si vero pẽdeat a vulnere cõtusione aut laqueatõe dislocatiõe: prio huiusmodi curenẽ cura sibi ꝓpa: deinde palysis si nõ subito euenerit: q̃ꝛ subito euẽiẽte liberatio ẽ ipossibilis ꝫ plꝫ ⁊c. Cureẽ ergo cũ euãntibus ⁊ diuertẽtibus prio si hũores sint in fluxu ⁊ in hoc casu cõuenit phlebotomia: postea sup loco paralytico ⁊ loco originis neruoꝝ approrient medicine mollificantes resoluẽtes poros dilatantes vt spũs penetrare possit. ⁊ cuꝫ ꝓpriis in passionibus neruoꝝ sicut est emplẽm descriptũ a Rasi.

Et potes facere balneū vel decoctionē ex vulpe cū quibusdam
mollificātibus ꝛ resoluētibus sicut fenugreco. altea. iua. saluia.
sticados arabico. ipericō. Et pmittat vulpē excoriatā prio. ꝛ fra
ctā ꝫ ossa sua bullire vsqꝫ ad carniū sepationē. In q̄ decoctiōe
eger ipe ꝛ mēbrū palyticū balneāt fricādo flectēdo reflectādo.
ꝛ postea vngat cū oleo vulpio. aut ex vnguēto Rasis ꝛ loca bn̄
calida cū pelle vulpis teneant. Sirupus pprius i paralysi phle
gmatica. ℞. saluie rorismarini sticados ana. M. i. radicū acori
ʒ. i. Gariofilate melisse herbe paralysis rute saturegie isopi be
tonice baccarū lauri ana. M. ʃ. bulliāt. cū. ʃ. ℔. mellis in quattu
or. ℔. aque vsqꝫ ad ꝯsumptionē medietatis ꝛ aromatizet cū cia
momo nuce muschata. ʒʒ. pipere piretro. hoc. n. cōuenit factis
huiusmodi purgatiōib⁹. Sed magis in processu addat oximel
squilliticū. Sirupus de sticados descriptiōe mesue. Una. ʒ. sti
cados arabici in pilulis redacta cū oxymelle sqllitico pluribus
diebus successiue exibita liberat a paralysi. Una. ʒ. pilularum de
hiera simplici cū. i. ʒ. piperis cū oxymelle sqllitico in pilulis re-
dacta pluribus diebus exhibita potēter liberat. Ex euacuātibus
pprie sunt pilule de euforbio de oppopōaco: de serapio: de sar
cocolla: de hiera magna: sed vomitiua cōueniūt vbi stōacus su
geret materiā cū hoc ēt q̄ calefaciūt cerebrū. Unus. ℈. asse feti-
de sūptus in pilulis pluribus dieb⁹ ē efficax medicina oleū bal
saminū de lateribus fortia sunt in hac dispōe. Unguētū efficax.
Recipe carpobalsami euforbij ana. ʒ. i. bdelij serapini ana. ʒ. ij.
salis nitri castorei ana. ℈. ij. pulueris anacardi sinapis aristolo
gie ro. spice costi seis agnicasti staphisagrie: piretri aphodilloꝝ
radicis ireos ana. ʒ. i. cucumeris assi vini. ʒ. ij. balsami. ʒ. ʃ. mel
lis anacardi. ʒ. i. terebinthine. ʒ. vi. olei de costo ꝛ de ireos ana.
℥. i. olei de spica. ℥. ij. anetini. ℥. i. ʃ. piguedis ursi tassi vulpis uul
turis ana. ℥. ʃ. dissoluātur gumi in aceto sqllitico: deinde cuꝫ ce
ra citrina fiat vnguētū molle. Fiāt ēt vnguēta alia decoquēdo
anserē in cuius vētre sit aliqd gatti: aut vulpis: Et alia ad hoc
ppositū q̄ omitto credēs hec sufficere. ꝛ hec de palysi dicta suf-
ficiant ꝛc. Alman.

Caplm. viij. de stupore ꝛ tremore.

Um aliquis sētit aliqd̓ suoꝝ mēbrorū si
cut ē dispositio pedis qū sit stupidus di
cim⁹ i illo mēbro stuporē eē. Qua ppter
eius cura nō ē differēda: quādo eni plon
gat tēp⁹ hui⁹ egritudinis pducit ad paralysim.

Jo. Ar.

Um Aliqs. Hoc ē octauuꝫ caplꝫ i quo agit
Rasis d̓ stupore ꝛ trēore. Et p̄mo p̄mit
tēda sūt qd nomis ꝛ qd rei stuporis. Stupor. n.
d̓riuat a stupeo qd̓ q̄n̄ꝫ admirationē importat
quādoqꝫ stuporē mētis. i. dinutionē. aut ablationē virtutū inte
rioꝝ cerebri. q̄ꝫdoqꝫ significat cuiuscūqꝫ opatōis dinutionē. Sꝫ
apud. A. hec dictio stupor aliquando apud quosdā ē simonya
paralysi: quoꝝ modoꝝ nullus ē ad ppositū. Hic vero sumit
stupor p egritudine neruoꝝ que sic diffinit. Ab. A. stupor est
morb⁹ officialis. i. mēbri officialis. i. mēbri orgāici faciēs eue
nire nocumētū i sēsu tactuali. s. destructōeꝫ aut dinutōnē nō au
tē corruptionē ad differētiā doloris: aut cuiuscūqꝫ alterius ta
ct⁹ corrupti sicut esset sētir d̓litisouꝫ p doloroso aut eꝫ aut cali
dū p frigido. Diuidit p̄sēs ca. i duas ptes. Primo agit Rasis
d̓ stupore. Secūdo d̓ tremor. Secūda ibi. Tremor autē. Pri
ma i duas. Primo notificat tremorē. Secūdo ostēdit necessi
tatē festināte cure. Secūda ibi. Qua ppter. De p̄ma pte dicit
Quꝫ aliqs sētit aliquod suoꝝ mēbroꝝ aut etiā totū corp⁹ sicut
ē pes quādo ē dormiēs siue obdormitat⁹ tūc illud mēbꝝ patit
stuporē. i. dinutionē aut ablationē tactus. De secūda pte dicit
curā nō eē differēdā qū trāseat i paralisiꝫ ipsis nō differētib⁹
nisi secūdū magis ꝛ min⁹. Speties stuporis sumūt sicut sp̄ēs
paralysis. Est eni qdā vniuersalis: qdā pticularis ut i altera me
dietatū corporis dextr̄ aut sinistre aut i aliquo vl̓ plurib⁹ mem
bris pticularib⁹. Secūda distictio aliqs stupor fit icipiēdo ali
quis pmutādo ex apoplexia epilepsia dolore capitis pleuresi:
ꝛ colica ꝛ sic d̓ alijs dispositiōib⁹ qb⁹ quādoqꝫ succedit stupor
Tertia distictio aliqs stupor ē materialis aliquis imaterialis.
aliquis itēsus aliquis remissus. Intēsus auferēs totaliter ta
ctū: remissus ipsū dinuēs. Aliquis ē chronic⁹: aliquis iterpola
tus aliquis ꝯtinuus. ꝛc.

Cause Stuporis sumūt a quatuor: aut eni a principijs. s.
ab anima ꝛ duob⁹ mēbris principalibus corde. s.
ꝛ cerebro: aut a ferētib⁹. s. nucha neruis ꝛ arterijs: aut a spiritu
aut a mēbro stupido. Siquidē a principijs ut ab aīa erit q̄r ipsa
cōuersa ad aliquod speculādū nō sētit obiecta extriseca vnde
secūdo de aīa: atēti fortib⁹ imaginationib⁹ delata sub oculis n̄
videm⁹: aut ex parte cordis nā qū ipsū ē d̓ primo icursurū sym
copiꝫ fit homo vniuersaliter stupidus spiritib⁹ ad cor ꝯtractis
Consimiliter ppter oppilationē cordis aut aliā egritudinē spiri
tib⁹ vitalib⁹ nō potētib⁹ exire ad mēbra fit homo stupid⁹: nam
hoc modo accidit apoplexia ut supra. Aliquādo ē ppter defe
ctū i cerebro vt i dolor vehemēti ppter quē oēs spiritus aīales
ꝯuertūt ad ipsū: aliquādo ppter oppilationē i cerebro coarcta
toriā ex hūorib⁹ collectis i vētriculis: aut i origine nuche ꝛ ner
uoꝝ: aut atenuatoriā ex similib⁹ humorib⁹ cum apostemate aut
sine apostemate. Aliquādo ē i deferētib⁹ sicut in nucha aut ner
uis aut arterijs qū scidūt strigūt: aut aliter oppilāt: sicut nucha
oppilat aut scidit ppter dislocationē spōdilis vt s̄ in palysi: ꝛ si
militer ē i arterijs. Aliquādo puenit stupor ex defectu spiritus:
aut q̄r paucus. aut frigidus grosus aut efect⁹ alia qualitate ma
nifesta vl̓ oculta qua ppter nō ē ꝯueniēs instrumētū anime ad
sensuꝫ tactus. Aliquādo est ex parte mēbri qū nimis calefactū
sit ifrigidatū hūectatū aut exicatū: lꝫ mala ꝯplexio frigida ꝛ hu.
aliquādo sit i causa vt plurimū. aliquādo ē ex pte qualitatū se
cūdaꝝ. vt q̄r nimis grosse subē: ꝛ ppterea cutis pedis pōt quo
dāmō ppter suā grossitiē reputari stupida respectu cutis man⁹
ꝛ simile huic pōt p̄ternaturalē accidere alicui mēbro. ꝛ ppterea
mediū inter plātā pedū ꝛ calcaneū ē magis sensitiuū ꝛ magis ti
tilationē incurrit. xxxv. pblematū pblemate. ij. ꝛc.

Cause autē remotiores. quedā sūt primitiue sicut pcussio.
casus dislocatio cōstrictio violēta extēsio ꝛ similes i capite ner
uis. aut arterijs. ꝛ sicut morsus scorpionis aquatici. aut tactus
piscis nominat⁹ barilie vl̓ miracha necnō medicine sūpte inte
rius aut exterius applicite necnō quidā serpētes ca. corrūpētes
cōplexionē spirit⁹ ꝛ mēbri. aer ēt frigid⁹ nimia crapula vina po
tētia sūt cause lōginqꝫ stuporis nimi⁹ somn⁹. supflue vigilie. re
tētio supfluoꝝ cōsuetoꝝ expelli. nimia quies accidētia anime ex
cedētia p̄cipue nimi⁹ timor q p̄mo facit tremorē. ꝛ tādē auctus
aufert sensum tactus ꝛc. Cause autē corporee ātecedētes sunt
hūores mali aut male cōplexiones toti⁹ aut mēbroꝝ cōicātium
neruis. sicut i febrib⁹ fortib⁹ accidit stupor dyscrasiato spiritu et
neruoꝝ cōplexiōe. Et eedē vl̓ similes possunt eē cause cōiuncte:
humores autē faciētes stuporē sunt phlegma secūdū plurimū
Aliquādo sanguis sicut ēt in paralysi.

Signa Stuporis sūt dinutio aut ablatio sensus tactus
aut totius aut partis cui secūdū plurimū aliqd̓
nocumētū i motu ꝯiūgit. Signa causaꝝ p̄mitiuaꝝ sūt ipsemet
cause: ꝛ nocumēta ex ipsis derelicta. Signa cāꝝ corporearuꝫ. s.
male ꝯplexiōis ꝛ humoris faciētis stuporē sūt dicta supius in
palysi ꝛ plerisqꝫ alijs capitulis. Signa stuporis facti permitādo
s̄ p̄cessio aliaꝝ egritudinū ꝛ ipsi⁹ sucessio quo succedēte p̄cedē
tes egritudinis minuūt aut auferūt materia ad neruos vel ad
origines neruoꝝ pmutata. lꝫ tn̄ sit possibile succedere stuporem
p̄cedēte egritudine nō dinuta imo potius aucta. ꝛc.

Pronostica. Stupor pseuerās p̄nūtiat aliquā egri
tudinē cerebri aut neruoꝝ. Causa eni
diminuta faciēs stuporē si augeat aliquā maiorē faciet egritudi
nē cerebri aut neruoꝝ. Scd̓m oīs stupuor mēbri pticularis qū
pseuerat trāsit i palysiꝫ. qū paralysis ꝛ stupor nō differāt nisi se
cūdū magis aut min⁹. Tertiū. stupor faciei nūtiat torturā oris
Quartū. stupor fortis cū vertigine pseuerās nūtiat apoplexiaꝫ:
Quītū. stupor vniuersalis pseuerās mortē p̄nūtiat ꝛc. Et ex
iā dictis iferri potest pedes aptiores eē stupori p̄mo breuiarij

ca. ꝓprio: et secũdo ꝓnosticoꝝ qũ sint distátiores a fonte calo
ris: ꝛ ab ĩfluxu sensus et mot⁹ ꝛ magis ꝺputati ad motũ q̃ȝ ad
sensuȝ ꝛ materie frigide pluries ꝑcipitãt ad pedes. In manib⁹
vero sũt oĩa ista opposita. Patet secũdo quare pes obdormi
tatus siue factus stupid⁹ ex cõp̄sione aut ligatura apparet val
de magn⁹ ꝛ grauis ꝑter solitũ: nõ eni ẽ ob aliud nisi q: virt⁹ mo
tiua facta debilis ex ꝓhibitione spirituũ facit arbitrari pedem
maiorẽ ꝛ grauiorẽ sicut debili hõi apparet paruũ põd⁹ esse ma
gnũ ꝛ graue. Et tertio pȝ quare ĩ mẽbro obdormitato fit q̃daȝ
sensatio sicut formicaꝝ p illud mẽbrũ discurrẽtiũ: h̃ eĩ ñ ẽ aliõ
nisi grossi vapores ꝛ partes sanguinis et spirituũ p meat⁹ illius
mẽbri adhuc strictos discurrẽtiũ quod nõ aparet dũ mẽbrum
ẽ san⁹ illis discurrẽtib⁹ p meat⁹ mẽbri latiores q̃ȝ sint post con
strictionẽ: aut cõpressionẽ. Alia cã ẽ q: virt⁹ tactiua ĩ sano ñ ĩmu
taĩ ex hoꝝ discursu p mẽbrũ ꝓpter similitudinẽ mẽbri cũ eisdẽ
Sȝ mẽbro ĩfrigidato p cõplexionẽ ob absẽtiã spirituũ postea ab
ipsis spiritibus sanguine ꝛ vaporis venientibus immutaĩ pro
ter dissimilitudinẽ. Nec causa hui⁹ ẽ vt nõnulli arbitrãĩ ꝙ virt⁹
tactiua debilis ꝑcipiat obiecta q̃ fortis nõ ꝑcipiĩ. Credẽdum
ẽ eni ꝙ virt⁹ tactĩa fortis si equaliter ab obiectis ĩmuteĩ sicut ta
ctĩa debilis meli⁹ sentiat ea sicut ꝛ cetere potẽtie sensitiue. Aliter
tactiua tẽpati fortissima nõ melius sentiret obiecta etiam mini
ma quam tactiua distemperati ꝛc.

De cura stuporis ꝛ tremoris. Alman.

Curaĩ autẽ hec passio ex aliqua ꝑte medicinaꝝ paly-
sis ꝛ cũ dieta. ꝛ vnctiõe ex oleo costio. Quod si inue-
terauerit passio eger ex pilulis fetidis purgãdis est:
ꝛ cõplexio equãda ex anacardino ꝛ dieta.

Jo. Ar.

c Curatur Aũt. Hic Rasis ponẽs curã dic̃ ꝙ
stupor curaĩ ex aliq̃ ꝑte mediciaꝝ
palysis ꝛ cũ dieta ꝛ cũ ũctõe ex oleo costio ꝛ h̃ ĩtelligiĩ
qũ fuerit recẽs ꝛ debilis ꝛ inmãlis: aut pendẽs a pauca mã ꝛ
frĩda ad cui⁹ cõplexiõis imutationẽ ꝛ pauce mãe resolutionẽ suf
ficiet dieta ꝛ ũctio absq̃ȝ purgatiõe ꝛ medicinis fortibus. ꝛc.
Quod si ĩueterauerit: ꝛ suple fuerit fortis auferẽs sensuȝ cũ
cuius ablatione etiã motus secũdũ plurimũ diminuiĩ: tũc eger
erit purgãdus cũ pilulis fetidis. s. supra scriptis ĩ palysi ꝛ com
plexio erit equãdã. i. ad mediũ reducẽda ꝓportiõatũ mẽbro cũ
anacerdino et dieta supius positis ĩ palysi qũ plurimũ stupor
ꝛ palysis pẽdeãt a causa frigida et materiali. Curaĩ eni qum
fortis ẽ fere eisdẽ medicinis quib⁹ curaĩ paralysis: sȝ aliquãtu
lũ leuiorib⁹ qũ etiã fortis stupor sit leuior q̃ȝ palysis. Cura
vero stuporis ordinãda ẽ oĩo sicut cura palysis a causa ꝓpor
tionali pẽdẽs. Et oẽs ĩũctiones suprapositе ĩ cura paralysis
ꝛ oẽs medicine atq̃ȝ oĩa ĩstrumẽta illas ꝑficiẽtia ad hunc locuȝ
adducãĩ. Uerũ nõ oȝ vt sint ita fortes nec dieta ita tenuis si
cut ĩ palysi qũ stupor sit mior morb⁹ q̃ȝ palysis. A. tamẽ ꝑcipit
ĩ stupore a sanguine pẽdẽte phlebotomiã copiosaȝ cum dieta te
nui q̃ oĩa ĩ palysi sãguinea etiam sunt attendenda.

De tremore.

q Quid Nois trẽoris satis mãifestũ ẽ. Describiĩ
ãt ab. A. scõa tertij caplo ꝓpõ ꝙ ẽ morb⁹
officialis eueniens ꝓpter defectũ ṽtutis motiue a mo
tu lacertoꝝ secũdũ ꝯtinuitatẽ cõparis grauitati corpori intromit
tẽti sua motione motionẽ volũtariã: quare cõmisceñĩ mot⁹ vo
lũtarij cũ motib⁹ nõ volũtarijs. Subdit postea ad decl'ationeȝ
descriptionis: ꝙ tremor ẽ nocumẽtũ in virtute motiua sicut stu
por ẽ lesio ĩ sensibili. Diciĩ primo morb⁹ q: p se et ĩmediate est
lesiuus opationis duplicis virtutis motiue quaꝝ vna ẽ moueĩ
quãdo oȝ et q̃liter oȝ et ad oẽm differẽtiã positionis secũdũ hu
manã necessitatẽ: alia autẽ opatio ẽ stabilire mẽbrũ ꝛ figere qua
ꝓpter tremor ẽ morb⁹ ĩ situ siue cãpiaĩ sit⁹ p loco siue p societa
te. Officialis si sit casus nominatiui. i. cõpositionalis siue mor
b⁹ ĩ cõpositione. Si vero sit casus genitiui. i. mẽbri organici siue
ĩstrumẽtalis: nã q̃ȝuis trẽor sit etiã neruoꝝ ẽ tamẽ principaliter
orgãicorũ quib⁹ mot⁹ ꝓcipaliter atribuiĩ. Eueniẽs pp ꝺfectum
virtutis motiue: g defectus ẽ diminutio nõ corruptio qũ tremor cõ
ueniat al' eueniat hominib⁹ naturaliter dispositis ex decursũ eta
tiuo: nec ablatiuo a motu lacertoꝝ: Ex q̃ssit ꝑncipale ĩstrumẽtũ
corporeũ motus volũtarij. Secũdũ cõtinuitatẽ: q: ĩ tremore fit
mot⁹ ĩterrupt⁹. Cõpis. i. ĩeq̃lis. Grauitati ꝯpari. s. mẽbri ĩtromit
tẽti. Sua motiõe motiõeȝ volũtariã factã a virtute. Quare cõmi
sceĩ mot⁹ volũtarij cũ motib⁹ nõ volũtarijs mediãtib⁹ tamẽ qe
tib⁹ ĩter vtrosq̃ȝ. Sȝ cõtra tremor ĩ decrepitis ex decursu etatiuo
nõ ẽ morb⁹ igiĩ diffinitio ĩsufficiẽs. Diciĩ cõcedẽdo añs: et qõ.
A. nõ diffinit hic nisi tremorẽ ꝑter naturã. Secũdo arguitur tre
mor nũq̃ȝ ẽ igiĩ añs pȝ q: quãdo ẽ mot⁹ sursum non ẽ: nec quã
do ẽ motio deorsũ nec ẽ quãdo ẽ qes. Ad hoc negaĩ añs ꝛ diciĩ
ꝙ tremor ẽ ĩ quocũq̃ȝ motu ꝛ qete ex qb⁹ cõponiĩ sicut ꝛ tẽpus
ẽ quãdo aliquid ipsius ẽ lȝ nõ totũ simul. Tertio tremor nõ le
dit opõnẽ virtutis motiue nec aliã g̃ nõ ẽ morb⁹. Añs ꝓbaĩ: q:
tremor ẽ actio lesa virtutis motiue: sed ipõ actio lesa nõ ledit se
ipsã ꝛc. Dr̃ ꝙ tremor ẽ cõpositũ ex duplici motiõe. s. fcã a ṽtute
ꝛ grauitate. nunc autem licet facta a virtute non ledat seipsam
leditur tamen ab illa que facta est a grauitate. Quarto si mẽ-
brũ positũ in igne fugiens ꝯtrariũ ꝯcutiaĩ tũc iste est tremor ꝛ
tñ nõ fit a grauitate aliquo mõ ergo ꝛc. Dr̃ ꝙ iste nõ ẽ tremor
cũ ñ sit aliq̃ ei⁹ ꝑs volũtaria sicut ẽt rigor ĩ febrib⁹ nõ ẽ tremor
cũ nulla ꝑs ei⁹ sit volũtaria. ẽ tñ motus ꝑter nãm si fiat a cã egra
si vero nõ: nõ ẽ ꝑter naturã. Quinto nõ sp tremor fit ex defectu
ṽtutis motiue a motu lacertorũ qũ aliqs fit trẽor ĩ quo ṽtus mo
tiua ĩtẽdit figere lacertos ꝛ nõ mouere. Dr̃ ſm. G. ĩ libro de tre
more ꝛ rigore ꝙ quãtũcũq̃ȝ ṽtus ĩntẽdat stabilire mẽbꝝ ꝛ lacer
tos ei⁹: tñ ibi ẽ aliqs motus: sicut in aue volãte alis extẽsis: q̃ tñ
ñ ꝯcutit alas ẽ ibi aliqs mot⁹ lȝ nõ multũ manifestus: Et ita est
ĩ mẽbro quod virtus ĩtẽdit qetare. Ego credo tñ ꝙ qcq̃d dicat
G. in aue iã dcã eẽ aliquẽ motũ alarũ q: aliter caderet. nõ tamẽ
sic ẽ necessariũ in brachio hois ꝙ virtus teneat extẽsuȝ qũ illõ
inhereat alicui fixo. Credo ergo descriptionẽ potius eẽ supplẽ
dã. A motu lacertoꝝ vel fixiõe. Sexto trẽor debilitat virtutem
g̃ nõ causaĩ ex debilitate virtutis tenet cõsequẽtia qũ idẽ nõ sit
cã ꝛ causatũ. Diciĩ ꝙ idẽ est cã ꝛ cãtũ sed diuersis modis trẽor
qdẽ debilitat virtutẽ fatigãdo eã. ṽtus vero debilis ipm ꝓducẽ
do sunt tñ ãbe de genere efficiẽtiũ. Septio tremor ẽ total'r a nã
nã motio sursũ ẽ a nã: q: a virtute mẽbri ꝛ motio deorsuȝ ẽ a nã
siue nãlis: q: ẽ a grauitate q̃ ẽ nãlis ipi mẽbro. Diciĩ ꝙ ẽ a nã ñ
tñ nãlis: cũ virtus ꝑter nãliter disposita ipm efficiat vnde ẽ pre
ter naturalis: lȝ sit aliquo mõ nãlis distĩguẽdo nãle ꝯtra violen
tũ. Octauo nũquã virtus ẽ cõpar grauitati igiĩ ꝛc. Assũptũ pȝ
q: in motiõe sursuȝ virtus supat grauitatẽ in motiõe deorsũ su
peraĩ. Diciĩ ꝙ ẽ cõpar ad hũc intellectũ ꝙ fere totiẽs nã supe
rat grauitatẽ quotiẽs ab ea supaĩ. tũ tenẽdũ ẽ virtutẽ eẽ aliquã
do parẽ ipi grauitati: q: virtus supans grauitatẽ successiue re
mittiĩ doec a grauitate supeĩ g̃ qũ ñ sit transit⁹ ab extmo ad extre
mũ sine medio erit aliqñ virtus cõpar grauitati ꝛ hoc erit in pri
mo eẽ qetis. Et sequiĩ cõsequẽter ꝙ inter hos motus cõtrarios
mediabit quies ĩstãtanea: Tenẽdo sicut veritas est ꝙ oĩs ꝓpor
tio maioris ineq̃litatis sufficiat ad motũ deducẽdo ẽt resistẽtiã
extrinsecã. s. medij. Nono sic. Si augeĩ resistẽtia aut miuiĩ potẽ
tia nõ fit motus cõtrari⁹: sed tardaĩ. ergo mot⁹ sursuȝ debilitata
virtute debet tardari ꝛ nõ fieri motus deorsuȝ. Diciĩ ꝙ si auge
tur resistẽtia aut tãtũ minuitur potẽtia ꝙ resistẽtia se hẽat ad po
tẽtiã ĩ ꝓportione maioris ĩeq̃litatis ꝙ tũc fit motus cõtrarius.
Si vero resistẽtie ad potẽtiã sit semp ꝓportio mioris ineq̃litatis
esto ꝙ resistẽtia augeatur aut potẽtia minuaĩ mot⁹ tardabiĩ ꝛ ñ
fiet motus ꝯtrarius. Ex quo seq̃ĩ motũ sursũ factũ a virtute cõ
tinue remitti vsq̃ȝ ad nõ gradũ: motũ aũt deorsuȝ factũ a graui
tate cõtinue ĩntẽdi: cũ motus deorsuȝ factus a grauitate sit ve-
locior in fine q̃ȝ in ꝑncipio. Ex quo sequiĩ ista ꝯclusio ꝙ a mo
tus p totã horã ĩntẽdiĩ ꝛ in fine hore erit sub nõ gradu: q̃ cõclu
sio lȝ sit possibilis tamẽ in hoc casu ẽ negãda: cũ ṽtus antea suf
ficiat tardare motũ deorsum q̃ȝ ipȝ total'r ĩpedire: imo verisili⁹
est hũc motũ remitti paulatĩe ad nõ gradũ: lȝ forte a principio
vsq̃ȝ ad aliquod tẽpus ĩtẽdaĩ. Decio velocius mouetur mẽbꝝ
sursũ q̃ȝ virt⁹ erigat ꝛ sil'r deorsuȝ q̃ȝ erigat grauitas mẽbri g̃
ꝑter has sũt alie cãe horũ motuũ assignãde. Dicitur negãdo as

sumptū mouet.n.mēbrū ita velociter sursū sicut virtus motiua cū illo conatu mouet ipm. mouet tñ velocius salte in principio quā appetitus cognoscitiuus intēdat ipm mouere. Ex quo seq̄tur q̄ motiua ꝓprie debilis non est appetitiui cognoscitiue oīo subordināda: mēbrū tñ deorsū ita velociter mouet sicut grauitas cum his circūstātijs mouet ipm. Tñ credo ad oēm opōnē virtutis motiue debilis siue intēdat stabilire mēbꝝ tremēs siue ad quācūqꝫ dr̄iam mouere preter mēbri grauitatē cōcurrētem solū ad motū deorsū ipam virtutē motiuā debilē cū cōatu cōcurrere. In tremore nāqꝫ ad oppositas differentias ēt hec experientia satis facile ꝓbari pōt. Et ex his pꝫ dr̄ia iter stuporē ⁊ tremorē qꝛ stupor sit passio sēsitiue: tremor aūt motiue. Scd̄o pꝫ differentia inter tremorē ⁊ iectigationē qꝛ tñ sit parti voluntarius, iectigatio āt oīo inuolūtaria. Et tremor ē alicuius mēbri organici: Jectigatio musculoꝝ ⁊ q̄ sunt ptes ipoꝝ organicoꝝ. Tertio patet differētia inter tremorē ⁊ pulsū cordis ⁊ arteriarū. qꝛ pulsus cordis ⁊ arteriarū ē mere nālis: tremor aūt mistus. Et qꝛ iter cōtrarios motus pulsus pcipit qes media: Sed iter cōtrarios motus trēoris nō pcipit qes media: nō qꝛ istātanea: ſꝫ qꝛ breuissima. Quarto pꝫ dr̄ia inter tremorē ⁊ rigorē: qꝛ rigor ē mere nālis ⁊ in ipo totū corpꝰ cōcutit ꝫ tñ cā faciēs cōcussionē ñ sit in toto. Trēor aūt ē motꝰ mistus ⁊ nō ē i toto necessario: sed aliquādo solū in vno pticulari mēbro.

**Speties** Trēoris sūt sicut stuporis: aut.n. est in toto aut i parte sicut i capite: aut alio mēbro pticulari. Secūda aut ē chronicus: aut nouus: aut mālis: aut imatērialis ⁊c. Accit autē vt caput moueat ante ⁊ retro pp nocumētū in musculis anteriorib' ⁊ posteriorib' sicut aliquādo trēit ad latera pp nocumētū musculoꝝ lateraliū. Et quādoqꝫ fit tremor in vtrisqꝫ māibus ⁊ nō in pedib': vt qñ cā nō ēt in origine nuche: sed in ramis neruorū penetrātibus ad manus: aut si cā fuerit in origine nuche expellit eā nā ad locū ꝓpinquiorē pp minus malū: aut spūs motiu' iferioribus corpis ē fortior ⁊ magis vincēs ſm necessitatē illorū mēbrorū: qꝛ sunt ad motū magis deputata q̄ manus qre nō patiūtur a cāis q̄ nō sūt valde fortes, ꝓpterea frequēti' accidit tremor in māibus q̄ in pedib' ⁊ qñ liberat palysis citi' reddit mot' i māib' q̄ in pedib' ⁊c.

**Cause** Sūmūt: aut a vtute.i.a spū. aut a mēbro. Si a spū aut qꝛ paucus in toto, ꝓpter nimias vigilias: aut exercitia fortia aut famē coitū. aut balnea. aut alia euātia sensibiliter. aut insensibiliter. aut qꝛ est paucus in mēbro pp retractionē ipius ad principale: sicut in trēore pp aspectū ex alto aut ꝓpter ābulare sup pōtē de cui' pceptio timet. aut ꝓpter orare corā pricipibus. aut pp disputare. aut propter velle inire pugnā. ⁊ quolibet aliter. aut qꝛ spūs motu inordiato mouet sicut in āgustia tribulatiōe gaudio desiderato passiōe dcā llen i q̄ spūs simt ad oppositas dr̄ias mouetur. Aliquādo ē defectus ex pte q̄litatis spūs: qꝛ grossus frigidus aut putrid': aut alia q̄litate occulta vel māifesta affectus. Quādoqꝫ est ex pte mēbri male cōplexionati. Est.n. cōplexio potissimū ⁊ imediatū instrumētum aie ad suas opōnes pficiēdas. hoc aūt erit si mēbrū sit nimis hūectatū pp crapulas ⁊ mollificatū. aut vꝫ multitudinē vini. aut pp potū aq̄ plurie nō in sua hora sicut post coitū balneū exercitiū ⁊ ieiunū. aut est mala cōplexio sicca faciēs mēbrū nō bñ obediens flexioni aut erit oppilatio in mēbro ex cāis repletōis multiplicātibus hūores grossos aut viscosos. aut alijs cāis oppillātibus coarctatorie. aut attenuatorie. aut carnose: vnde nō penetrabit spūs sufficiēs ad debitū motū quo ꝓhibito fieret palysis ⁊ diminutio sensus trēor. aut solutio cōtinui mēbra debilitās. ⁊ quādoqꝫ mēbro ⁊ spūi simul accidit ipedimētū sicut ex morsu aialis venenosi sit nocēte spūbus ⁊ mēbro aut forte duplex nocumētū vnicuiqꝫ ꝓpriū sit coiunget. Cā aūt tremoris frequētior est friditas supflua aut hūiditas remolliens minor tñ humiditate palysim faciēte ⁊c.

**Signa** Trēoris absolute sūt māifesta ex motu ipi' mēbri tremētis. Signa cāꝝ sūt ipe cāe. Signa aūt ipsi' ꝓpter ðfectū vtutis ⁊ spirituū sunt qꝛ patiēs ðficit ex quocūqꝫ labore ⁊ motu ⁊ similiter a quocūqꝫ nutribili facile leuat ⁊ ñ pōtest pati famē diuturnā: qm̄ syncopizaret. Signa vero supflue frigiditatis: aut humiditatis ⁊ ceteꝝ causaꝝ sūt ex sepe dictis manifesta. ⁊c.

**Pronostica** Tremor magis puersus est q̄ incipit a sinistro. Scd̄m. tremor in senib' medicatiōe nō est rēouibilis. Tertiū. tremor est via in spasmū aut palysim ſm māe diuersitatē subtilis. aut grosse. Quartū trēor i labio iferiori significat vomitū. Quintū. alienatio supuēiēs tremori i causone vt dixit Hip. soluit ipm pp calorē intēsū preter modū calefaciētē cerebꝝ ⁊ neruos vnde seq̄t alienatio ⁊ cā treōmoris resoluit sicut interdū ecōtra soluit pmistio mētis ⁊ causon mā ad neruos ꝓmutata pp cuius permutationem sequitur tremor ⁊c.

Cura tremoris. Almā.

Tremor āt ex eisdē curat ex qbus sanat stupor. Sꝫ si ex supflui vini potu euenerit eger ab ipso erit abstinēdus. Siīr si aquā q̄ ex niue dissoluit bibēdo hāc incurrit passiōnē: ab ipa abstineat: ⁊ balneū calidissimū ingrediat in quo tādiu morā facit donec sudet a quo qñ egressus fuerit in sole assiduē moret.

Jo. Ar.

Tremor aūt. Hic pōit curā tremoris ⁊ hꝫ tres ptes. Prio ponit curā trēoris absolute. Scd̄o qñ ꝓuēit ex potu vini. tertio qñ ꝓuenit ex potu aq̄ frigide. ptes patent. De pria dicit q̄ tremor curat cū illis cū qbus sanat stupor de cuius cura sermo pcessit Stupor aūt ⁊ tremor curant cura palysis verū leuiores exigūt medicinas sicut sunt morbi leuiores palysi. De secūda pte dicit q̄ si tremor ꝓuenit ex supfluo potu vini eger ab ipo abstineat ⁊ bibat aquā zuccaratā vel aquā mellis. De tertia pte dicit. q̄ si ꝓuenit ex potu aque q̄ ex niue dissoluit vel alr frida valde eger ab ipa abstineat loco cuius vtat vio pauco mediocris potētie: vel aq̄ mellis cū pauco saluie ⁊ pipis ⁊ ingrediat balneū calidissimū i quo tm̄ stet donec sudet siue illd balneū sit aereū sicut stufa. vel igneū sicut furnus ex quo extractus ē panis. vel sit aqueū calidū ⁊ siccū actu ⁊ potētia siue sit nāle sicut terme sulfuree aut alia hmōi aut artificiale. Et ad hoc ꝓfert sepeliri in arena sicca a sole vehemēter calefacta. ⁊ statio sub sole confert ⁊c.

**Cura** Trēoris pficitur oīo sicut dictū est i palysi. Vex sūt aliq̄ ꝓpa trēori sicut oleū de andacocha.i. flore trifolij q̄ i h hꝫ mirabilē ꝓprietatē applicitū sup originē neruoꝝ ⁊ mēbro trēulo cū fricatiōe bōa. Siīr emplꝫ factū ex folijs eisdē trifolij. cerebꝝ quoqꝫ leporis assatū ad h mirabilr ꝓfert. ꝓpterea frequēter cōedat. Et si trēor ē in capite exptū ē sticados sūptū singulis dieb' pōdere.ʒ.i. aut.ij.cū.ʒ.i. hydroēllis aut sine potu i forma pilulaꝝ. Ex nocētib' āt valde i eo ⁊ oī egritudine neruosa ē multitudo phlebotōie ⁊ nimi' vsus vini ⁊ aceti ⁊ coit' ⁊ aq̄rū fridarū aq̄ tñ pluuialis ē eis melior. ē mioris nocumēti i oī egritudīe neruosa. Castoreū quoqꝫ ⁊ oleuꝫ de cucūere asinino sūt ꝓpria trēori a cā frida ꝓuēiēte. siue castoreū sit exterius applicitū siue iteri' sūptū ⁊c. Capl'z. viiij. de tortura oris

t **Ortura** Que apud Serapionez vocat acauis a qbusdā sic describit. Tortura ē morbus officialis figurā siue formā nālē faciei corrūpēs. ab. A. vero cōpleti' describit scd̄a tertij q̄ est morb' officialis in facie pp quē trahit ps faciei ad ptē nō nālē ⁊ alterat forma eius nālis ⁊ remouet bōitas obuiatōis vtrorūqꝫ labiorūz ⁊ ābarū palpebrarū ex pte. Officialis. i. ꝓpositōalis. Est.n. morbus in figura. ⁊ ēt in situ siue accipiat pro loco siue situs accipiat pro societate vt patebit ex dicēdis. Aliter officialis.i. membri officialis.i. istrumētalis ⁊ orgāici. In facie ad dr̄iam torture alterius mēbri pp quē trahit ps faciei ad ptē nō nālē.i. contrahit aliq̄ ps faciei ad sitū nō nālē. ⁊ alterat forma.i. figura eius nālis ⁊ rēouet bōitas obuiatōis vtrorūqꝫ labioꝝ ⁊ ābaꝝ palpebraꝝ ex pte. In his verbis specificat modū torture ⁊ mēbra torta hꝫ plm i facie vt nobis magis māifesta. Subdit aūt ex pte qñ ſm aliquā ptē sit bōitas obuiatōis ⁊ labiorū ⁊ palpebraꝝ.i. ſm ptē vicinā pte sane.

Alman.

q Um hominis os ꝓtorquet ⁊ vnū ð oculis suis clauder nō valet. ⁊ si pcipit ei vt sufflet

flatus ab vna tantum pte exire videtur:ipsum quoqz tunc cōtorsionem pati dicimus.

Jo. Ar.

In hac parte curat coliricam dum est fortis et habet quattuor partes. In prima facit quod dictum est. In secunda ibi quod si syncopis. Curat syncopim supervenientem. In tertia ibi. quicquid aut. Ordinat dietam proprie convenientem in declinatione. In quarta parte ibi. trocisci dictum de olibano. Describit quasdam medicinas de quibus fecerat mentionem. In prima parte dicit non esse timendum esto quod vomitus et fluxus ventris fiant vehementer et superveniant synthomata. i. accidentia horrenda sed ad remedia properandum ut infra. Sed nota quod statim a principio et antequam huiusmodi remedia fiant debent exhiberi aqua calida in magna quantitate et multotiens ut dictum est superius. In primis exhibet unum de trociscis de olibano quorum descriptio ponetur statim ponderantem aureum unum distemperatum cum ℥ .j. aque frigidissime et ʒ .s. rob de granatis et si vomitus non cessaverit iteretur eiusdem medicine exhibitio: magis enim debemus esse solliciti de retentione vomitus quam fluxu ventris. Quod si abhorrent hunc modum sumendi hos trociscos possunt exhiberi in forma pilularum et post eorum sumptionem bibatur liquor suprascriptus: habent enim in restringendo vomitum singularem proprietatem. Secundum remedium ut duo adiutoria et coxe in supremis partibus eorum stringantur fortiter ut ratione doloris materia divertatur et ut maior dolor tristem sensationem denigret. Tertio aqua frigidissima super crura embrocetur et in ipsa et mittantur pedes ad copingendum et ingrossandum materiam ut fiat inepta fluxui. Et Gerardus de solo laudat manutergium in aqua frigida infusum et post expressionem collo applicitum quia nervi venientes a cerebro ad stomachum congelantur ut de cessat tristis sensatio in ore stomachi que est causa vomitus et clauditur meri. Quarto epithimetur stomachus cum hoc. ℞. rosarum et proprie silvestrium stipticarum sandalorum rubeorum ana. ʒ. ij. canfore. ʒ. s. galie muscate ʒ. j. aque rosacee ad conficiendum quantum sufficit hoc in modum unguenti cum quo stomachus ungatur postea pannus infusus in aqua rosacea frigidissima actu loco inuncto supponatur et sepe replicetur. Expediens tamen esset ut pecia ipsa in medicamine predicto cui multa aqua rosacea esset admista et expressa stomacho sepe applicetur ne tepefiat. Sed hoc medicamen non omnibus convenit sed solum stomachi dyscrasie calidam habentibus cum fortitudine caloris innati. Quinto iubet in potu dari vinum granatorum cum vino veteri mistum ad vigorandum virtutem et confortandum stomachi retentivam et prohibendum cibi corruptionem ratione acetositatis dosis sit ana. ℥. j. vel quantum videbitur discretioni medici et per vinum vetus intelligo vinum depuratum contra mustum distinctum et sit stipticum aliqualiter et non valde grossum: et si vomuerit iterum exhibeatur donec retineat: et panis in vino granatorum infusus similiter exhibeatur loco cibi et bibat vinum in quo est infusus quem si vomuerit iteretur donec retineatur. hec dyscrasiam calidam stomachi removent et confortando humores venientes ad os stomachi prohibent. Almansor.

**Quod** si syncopis supervenerit muschum cum rob granatorum vel cum vino dare conveniens est inde inferendo: et succus carnis hedine et pulline cum pauco cydoniorum succo et vino mistus in potu est tribuendus. Pulli preterea sunt assandi et ante nares ipsius diserpeditus etiam dandum est ut masticet ipsum et paulatim trahijciat postremo bolum corascenum conditum cum canfora tribuatur. Jo. Ar.

In hac parte curat syncopim supuenientem tum rõne vaporum malignoꝝ cordi cõicantium: tum ratione cõpassionis cordis oris stomachi: tum ꝑpter paucitatem spirituũ sequẽtem euacuationẽ supfluam. Primo exhibet vinũ cũ muscho vꝫ puta vnam. ℥. vini odoriferi subtilis cũ quattuoꝛ granis muschi: sed melius ẽ vt huic addatur media vncia aut. ℥. j. vini cydonioꝝ: vel alicuius similis frigidis valẽtis in stomachi ꝯfortatiõe. Secũdo exhibet cibum resumptiuũ restauratiuũ spirituũ in breui tpe ꝑpter facilem eius digõnem ⁊ penetrationẽ ⁊ stomachi confortationẽ. Cuius sit hec descriptio. ℞. succi carnis hedine vel pulline aut alicuius auis bene ꝯditionate. ℥. ij. vini cydonioꝝ vini subtilis aromatici aliquali dulcedine participãtis. ana. ℥. j. misce ⁊ totũ debite calidum vel q̃ꝫtum sumere põt ita vt nõ vomat exhibeatur in potu. Tertio ꝯfortat egrũ bonis odoribus: sicut pullis assatis ⁊ ꝯfractis appositis ꝑpe nares: sed bonum est vt vnicuiqꝫ presentent sibi placentes. Quarto iubet ꝑ ꝯfortatiõe stomachi ⁊ retẽtione vomitus thus masticari ⁊ ꝯglutiri aut si ei⁹ masticatio abhorret deglutiat absqꝫ masticatiõe. Quinto bolum corascenum q non ẽ apud nos cuius loco accipimus masticis boli ar. ana. ℈. j. canfore ana. g. ij. vsqꝫ ad quattuoꝛ ⁊ formare pilulas cum vino cydonioꝝ: cydonia enim ⁊ que ex cydonijs fiunt ꝯferunt ẽm omnem modum administrationis ⁊ fere omnes excedũt medicinas in hoc casu. Almãsoꝛ.

Quicquid autẽ de huius passionis cura nũc vsqꝫ diximus donec vomitus sedetur ⁊ stomachus cibum recipiat fieri cõuenit. Postq̃ꝫ vero stomachus ipsius retinere poterit nutriẽdus est eger ⁊ parũ vini veteris in potu sumat bñ redolẽtis ⁊ doꝛmire incipiat. Jo.

In hac parte oꝛdinat dietam ꝯuenientem ⁊ ꝑprie vomitu sedato que dꝫ esse grossioꝛ q̃ꝫ ante: sed tamẽ oĩa que exhibent sint pauca in q̃ꝫtitate facilis digõnis boni chimi paucarum supfluitatum quoꝝ paucum multũ nutriat stomachi ⁊ membroꝝ nobilium ꝯfortatiua odoris ⁊ saporis boni egro placentia ⁊ precipit somnũ q tñ ẽ ꝯuenieniens in toto cure ꝑcessu minoratis superfluitatibus ⁊ proprie post cibi ⁊ potus aut alicuius medicinalis sumptionem. Almansoꝛ.

Trocisci de olibano dicti ad vomitũ. ℞. boli corasceni thuris amboꝝ ana. ʒ. x. cubebe cardamomi amboꝝ ana. ʒ. ij. ⁊. s. canfore galie gar. omnium ana. vi⁹. s. i⁹ fiant trocisci pondere aur. vnius. hi enim vomitui multum conferũt. Rob de malis granatis succus maloꝛum granatoꝝ acetosoꝝ sumantur: ⁊ per noctem. i. aut amplius dimittantur donec quod grossum ẽ in fũdo resideat: ⁊ deide coquatur ⁊ dispumetur donec iuleb similitudinem habeat: in quo ab igne deposito adhuc tamen calido mente viridis stipites mittantur et in ipso permanere permittantur quousqꝫ infrigident. Cũqꝫ infrigidatũ fuerit extrahantur ad cuius similitudinem sirupus de cydonijs ⁊ sirupus de malis matianis fieri conuenit. Si aũt vomitus hoꝛa alia inualuerit nimis ⁊ superfluerit magna ventosa stõ superponat. Jo. ar.

In hac parte describit quasdã medicinas de qb⁹ fecerat mẽtionẽ quarũ descriptiões sunt iste. ℞. boli corasceni loco ei⁹ pone masticis boli ar. thuris ana. ʒ. v. karabe cardamomi ana. ʒ. j. ⁊. g. xv. canfore galie muſ. gariofiloꝝ añ. g. v. forment trocisci aurei vni⁹ cũ aq̃ acetose aut rob de granatis ĩfrascriptis de qbus det vnus in forma pilularũ post cuius sumptionẽ sumat paruꝫ eiusdem rob cũ pauco aque calibeate. Descriptio rob de granatis: succus granatoꝝ dimittat residere ꝑ noctem: deinde subtile accipiat bulliat ⁊ dispumet donec iulep similitudinem habuerit in quo ab igne deposito adhuc calido myrti viridis stipites ponãtur ⁊ in ipo dimittant manere donec infrigidet postea extrahatur ⁊ reseruet ad cui⁹ similitudinem sirupus de cydonijs aut malis matianis fieri ꝯuenit ⁊ sunt ꝑprij ad vomitum ⁊ ad fluxum. Ultimo vẽtosam magnã ad sistendũ vomitum stõ superponit.

Huius cura ꝑsepe difficilis est ⁊ idiget medico ꝯstãte: ⁊ expertõ quẽ nõ tereant accñtia. Et in summa qnqꝫ exigit intentiones. Prima cãm remouet eũando humiditates coꝛruptas que sũt in stõ ⁊ in itestinis necnõ cacochimiã in toto existẽtem ꝑcipue in venis membroꝝ nãlium scõe ⁊ tertie digõnis doloꝛẽ ⁊ punctionem stõi ⁊ intestinoꝝ sedãdo. Scõa diuertit. Tertia humoꝛes igrossat vias ⁊ ductus ꝯstringit tandẽ stupefaciendo si fuerit necessariũ ⁊ cũ hoc stomachũ ⁊ itestina ꝯfortat ne recipiãt. Quarta accñtia coꝛrigit. Quinta oꝛdinat debitũ regimẽ sex rerũ. In ꝑmis si fuerit doloꝛ ⁊ punctio in stõ ⁊ in itestinis cũ nausea ⁊ inclinatione ad vomitũ aut secessum vẽtris cũ iceperit ꝑmittat clistere ex. xv. ℥. aque hoꝛdei ⁊ ℥. iiij. olei cõis. ℥. j. zuccari ru. ⁊ vno vitello oui. Aut si videant humoꝛes frigidi magis dñari fiat clistere ex. ℥. xv. aq̃ pauci mell' quo educto bibat aq̃ calide aut aq̃ hoꝛdei. ℥. vj. Et si appeat dñium humoꝝ frigidoꝝ aq̃ pauci mellis tantũ dẽ: cui posset addi. ʒ. ſ. cymini ꝑparati: Est. n. ꝑpriũ: hec. n. aqua mãs ⁊ cibos coꝛruptos vel ꝑ secessum vel vomituꝫ purgabit: post h̃ si vomit⁹ ⁊ fluxus simul incipiũt: aut alter eoꝛũ sinatur nã opari quousqꝫ bene ferat ⁊ ꝑprie his eũonibus existibus ꝑpoꝛtionatis virtuti ⁊ cacochimie. Quod si fuerint iproportionate cacochimie vt q̃ nimis pauce aut nimis tarde adiuuẽtur aut cũ clisteris de qbus. s̃. aut vomitibus leuibus sicut si ℥. iiij. aq̃ hoꝛdei admisceant. ℥. ij. oxymellis ⁊ tepidũ sumat adiuuat ẽt vomitus digitis in oꝛe ipositis aut penna oleo itincta ⁊ silr iposita. Et oino vitent foꝛtia solutiua ⁊ vomitiua ⁊ oĩa stõm relaxantia sicut olea. Et oino cauendũ ẽ ne vterqꝫ simul artificialiter ꝑuocetur: fieret enim motus ꝯtrariũ sese ipedientes. Sꝫ nũc adiuuetur vnus nũc alter ẽm nature inclinationẽ ad illum. Si võ fuerint iproportionate virtuti qꝛ nimis supfluant minoꝛẽtur ⁊ ꝯstringant. Et silr si fuerint cõiuncte accñtibus molestis sicut doloꝛ punctio ⁊ silia mitigent ⁊ coꝛrigant sicut infra dicet. Sumptio enim aque calide aut aque hoꝛdei in calida aut aq̃ pauci mellis in causa frigida in magna q̃ꝫtitate fluxũ facilitat ⁊ doloꝛẽ ⁊ punctionẽ lenit. Et silr cum his clisterizatio ⁊ ꝑprie addendo oleum ro. aut violaceum aut adipẽ renũ capre ⁊ silia. Nam hec intestina ꝯfortant doloꝛẽ sedãt ⁊ excoꝛiationẽ ꝓhibent. ⁊ exptus sum q̃ huiusmodi aque calefacte sũpte in potu ⁊ clisterizate modo iam dicto nõ solũmodo in cholericis passioni⁹: sꝫ in multis alijs fluxibus ẽt optime ꝯferunt in ꝑncipio. Secũda itentio ꝑficitur cũ ligatiõe brachioꝝ supra cubitos satis doloꝛosa q̃ multotiens ꝑmutetur nũc parũ infra nũc parum supra necnõ cum positione vẽtosarũ in pulpis spatularum sine scarificatione ⁊ in doꝛso vẽtose quoqꝫ posite sup epate ⁊ splene fluxum ⁊ vomituꝫ retinet mãm venientẽ ad stõm ⁊ intestina ꝓhibendo ⁊ debẽt ẽẽ ventose magne. Et ad sedandũ vomitũ confert ligatura coxarũ supra genua lꝫ in fluxu nõ cõferat cum moueat materias ad inferioꝛa. Sudoꝛis quoqꝫ ꝑuocatio egregie ꝯfert si fieri potest ad quem ꝑuocandum elaboꝛet sumendo aquã calidã de q̃ supra: lꝫ sit notabiliter calida ⁊ cũ qnta parte vini subtilis vinosi mista Et eger bene pãnis coperiat: doꝛmiat iuxta posse: anhelit⁹ quoqꝫ retẽtio ad sudoꝛem iuuat q̃ si nõ suffecerint ponat in balneo aque calide cõstante virtute in quo tñ paruã moꝛã trahat ne debilitet ⁊ egrediẽs de balneo siccet ⁊ doꝛmiat. Cetere quoqꝫ eũones sibi ꝯsuete iuxta posse ꝑuocent: nã diuertẽdo eũant. Tertia aũt intẽtio. s. ꝯstrictio ꝑficiat cũ iferius dicendis Sꝫ apd me sanũ ꝯsiliũ ẽ vt elaboꝛet in ꝑmis in retẽtione vomitus ⁊ sinatur vẽter fluere: q̃ vomitus retẽtio fiat si possibile ẽ scõa die ⁊ postea euacuata mã q̃ꝫtum videbit opportunũ ꝑ secessum elaboꝛet in vẽtris ꝯstrictõe. Cõstrictio aũt vomit⁹ fiat aspgendo faciem egri aq̃ frigida dũ vult vomere ⁊ apponẽdo sup stõ res stipticas cõfoꝛtantes notabilr frigidas actu ⁊ potẽtia in cã calida vt. ℞. sandaloꝝ ru. rosarũ ru. se. ro. ana. ʒ. ij. canfoꝛe. g. v. galie muſ. ʒ. j. aque ro. ℥. iiij. aceti. ℥. j. ſ. misce ⁊ petie duple aut filtrum in modũ scuti figuratũ ẽm q̃ꝫtitatem stõi ifundat in hoc liquoꝛe actu frigido: imo ẽt apud necessitatẽ in niue ifrigidato stõ applicet et sepe reiteret ne supcalefiat. Et his põt addi succus acetose ⁊ succus plãtagis apud maioꝛẽ necessitatẽ ifrigidatiõis. ⁊ si frigidoꝝ velis frigiditatẽ tẽperare potes suprascriptis addẽ succũ mẽte.

Et nota ꝙ mastix dissolutus cū oleo cydonioꝝ ⁊ aceto ⁊ extēsus sup corio ad modū ceroti ē efficax in retinēdo vomitum. Et si opus eēt maiori infrigidatione posset addi semē rosaꝝ ⁊ sandali ⁊ similia. Gerardus de solo facit cerotū optimū efficax valde. ℞. laudani masticis ana quartā. ſ. olibani. ℥. ſ. sandali albi ⁊ rubei sumach berberis ana. ℈. j. antere coralloꝝ acatie hipoquistidos psidie balaustie ana. ℈. ſ. terebyntine q̄ntuz sufficit ad tenacitatē: puluerizanda puluerizent̄ ⁊ cum pistello misceant̄ oīa malaxando cū oleo ro. ⁊ fiat cerotum ad modū scuti ſm q̄ntitatem stomachi. Et si vomitus eēt fortis fiāt duo vnū ponat̄ ante reliquū post. s. circa decimātertiam spondilē. Nā orificiū stomachi magis declinat ad partē posteriorē sʒ q̄r spondiles ꝓhibent penetrationē virtutis medicinarū a parte posteriori ideo magis ponimus ante. Et dicit se vidisse emplr̄m positū a parte posteriori sistēs vomitū ⁊ nō a parte anteriori. Item describit istud. ℞. succi plātaginis aque ro. de stipitibus q̄r ista ē magis stiptica ana quartā. j. aceti. ℥. ſ. sumach berberis an̄. ʒ. iij. masticis olibani ana. ʒ. j. farine lentiū. q. sufficit puluerizāda puluerizent̄ ⁊ misceant̄ oīa ⁊ fiat emplastrū mediocriter liq̄duz ⁊ sup stomachū ponat̄. ⁊ dicit se vidisse quandā vetulā q̄ accepit de pane cocto ⁊ pistauit bene ⁊ accepit. ʒ. ij. pulueris masticis ⁊ miscuit totum ⁊ posuit in sacculo: ⁊ istū sacculū calefecit manibus ⁊ posuit super stōm patiētis ⁊ statim fuit retētus. Sʒ melius ē hāc medicinam sic ꝯficere ⁊ ē experta medulla panis torrefiat ⁊ infundat̄ in vino nigro stiptico aceto succo mēte ana: ⁊ postea ꝯtundant̄ i mortario addēdo masticē ⁊ galiā muschatā ⁊ semē rosarum aut sandalos aut corallos aut alias medicinas stipticas q̄ tibi magis placuerint aut plures ex his simul ſm intētionē quā queris ⁊ ē efficax ⁊ exptum. Et ex his possunt fieri vnguēta calida aut frigida aut mista ſm exigētiam. Cū. n. humores peccantes sunt frigidi ⁊ complo n̄alis frigida elige calida stiptica q̄ ēt actu calida applicent̄. ⁊ cū res se hʒ ecōtra applica frigida stiptica actu ⁊ potētia. Cū vo res medio mō se hʒ medium teneat̄ vt applicando stiptica tēperata ⁊ stiptica permista ex calidis ⁊ frigidis ita vt ad mediū ꝓportionatum reducat̄. Nunq̄ʒ tn̄ applicent̄ nisi actu calida aut frigida nō aūt tepida: tepidū nāqʒ dissoluit robur stōi. Et q̄dam dissoluūt masticē cū albumine oui ⁊ extensum sup corio applicant stō ⁊ dicūt eē efficax ⁊ vltimū ad retinendū vomitum: sʒ de curatione vomitus dictū ē supius q̄ntum est opportunum. Sʒ retēto vomitu elaborādū est vt venter moderate fluat quousqʒ cacochimia sit reducta: aut quousqʒ virtus tolerare pt̄ postea elaborādū ē in ꝯstrictione ꝓ quo cōplendo humores ingrossent̄ vie ⁊ ductus oppilent̄ cū interius sumptis sicut rob ⁊ sirupus de cydonijs ⁊ granatis de ribes de myrtho cū aqua plātaginis aut calibeata. Electuariū de sorbis ⁊ silia ⁊ exterius applicita sunt cerota emplastra ⁊ vnctiones de q̄bus sermo p̄cessit ⁊ ex ꝯuenientibus ꝓprijs est vt vngat̄ venter cū oleo ro. notabiliter calido. s. q̄ntum suffere pōt postea desuper aspergat̄ hic puluis. ℞. se. ro. ʒ. ij. galie muschate masticis ana. ʒ. j. misce ⁊ super loco vncto aspergat̄. Sʒ de his vberius aget̄ in caplo de fluxu vētris. Et ex appropriatis ē aqua andachoce. i. trifolij. Quarta intētio. s. accn̄tium correctio ꝑficitur cū his q̄ dicta sunt in textu. sed ꝓ sitis sedatione nō ē bibēda nisi aqua calida aut suggatur aliq̄d succi granati. potus eni nimius ⁊ p̄cipue actu frigidis multū nocet. Syncopi aūt intendat̄ cū aspsione aque frigide in faciez ⁊ potu pauci vini subtilis odoriferi nō multū vinosi ⁊ limphati ⁊ sumptione aq̄ carnis ⁊ silibus in q̄bus parū muschi ꝑponatur ⁊ si extrema infrigident̄ calefiāt cū pānis calidis. Singultui aūt ⁊ ꝓprie ex inanitione subueniat̄ cū frigidis stōm ꝯfortātibus eūonem ꝓhibentibus sicut vinū ⁊ miua cydonioꝝ ⁊ exterius applicet̄ emplr̄m ex cydonijs decoctis in aqua calibeata cū pauco aceti ad penetrādū ⁊ stringēdū: ⁊ his pn̄t addi rose ⁊ sandali de q̄bus supra ⁊ cibet̄ sepe ⁊ parum cū aqua carnis ⁊ huiusmodi boni chimi facilis digōnis alterati cū frigidis ꝯfortātibꝰ ⁊ stringentibus. Spasmo aūt subueniat̄ vngendo nuchā ⁊ partem spasmatā ex oleo ro. violaceo pinguedine porci recēte ⁊ medulla vituli ꝯcies lotis cū aqua fri. ⁊ tpe frigido ex oleo amigdalino. Et spālis intētio circa mādibulas spasmatas vt eleuent̄ cū mento ad supiora ⁊ rectificent̄ in ꝯrium spasmi inungendo eas cū humectantibus de q̄bus supra. Regimē aūt sex rerum est vt nō comedāt nec bibant virtute ꝯstante nisi mundificatione ꝑ magna parte facta. Interim tn̄ semp ꝯfortent̄ bonis odoribus sibi placētibus. plurimi. n. fructuū odoribus delectant̄ aliq̄ odore vini: vnicuiqʒ ꝯcedatur odor q̄ sibi magis placet: ⁊ ante mundificationē si sitiuerint coluāt sibi os aut lambēdo sumāt succuz granatoꝝ ⁊ cydonioꝝ ⁊ silium: tolerātia. n. satis ꝯfert ⁊ si nō possunt abstinere a cibo sumant parū aque carnis aut ꝯtusi aut ptisane ⁊ silium. ⁊ parū vini pauciferi limphati vt virtus substentet̄. Declinante aūt egritudine detur ꝯtusum pulli ⁊ panis in vino infusus ⁊ carnes auium laudabiliū ⁊ silia ⁊ pira cydonia ⁊ hmōi ⁊ bibat vinū nigrū stipticum limphatū cū aqua calibeata. Rasis aūt exhibet vinū vetus. i. clarū ⁊ depuratū cū succo granatoruz aut cydonioꝝ. Et si vomeret iterū detur donec retineat ⁊ parum ꝑ vice: p̄cipue parū bibat: ⁊ in summa vtat̄ cibis boni chimi calidis aut frigidis ſm exigētiaz: sed oīa sint stomachi ⁊ membroꝝ p̄ncipalium confortatiua multū dormiat precipue sumpto cibo quiescat animo ⁊ corpore.

## De nocumento digestionis.

Circa rubricam more ꝯsueto est sciendū ꝙ debilitas digestionis p̄mo que debetur fundo stōi ē mutatio ipsiꝰ a dispōne naturali ꝑ corruptionē diminutionē ⁊ ablationē. Corruptio aūt ipsius fit quadrupliciter: nā cibus receptus in stomacho aut accessit aut adurit̄ aut putrescit aut acquirit aliquā qualitatem nō ꝓportionalē ad aliquā qualitatū ꝯsuetarum. Diminuit̄ aūt apud quosdā duplr̄ ꝑ remissionē aut intēsionem cibo diminute aut supflue decocto: ita tn̄ vt non corrumpatur aliquo modoꝝ suprascriptoꝝ. Quoꝝ error apud alios facile repꝛhendit̄. Cū digestio sit equatio eiꝰ q̄d digerit̄ in ordīe ad nutritionē: q̄nto aūt aliq̄d magis equatur in ordine ad nutritionem tanto magis ⁊ meliꝰ digerit. Nō itaqʒ digestio pōt ledi ꝑ intensionē. Et ꝯfirmatur q̄r digestio fit a calore equali multiplicato in q̄nto apud Gal̄. p̄mo afforismoꝝ afforismo q̄ntodecimo: quāto g̊ erit equalior magis ⁊ meliꝰ digeret. Item q̄rto methauroꝝ digestio ē completio in vnoquoqʒ humido a ꝓprio n̄ali calido ex oppositis passiuis: g̊ quāto magis complebit̄ ⁊ vltimabit̄ erit ꝑfectior. Itē oīs digō in iuuatiuo ordinat̄ in gn̄ationem vel ꝑfectionē mixti ⁊ nō in corruptionē: oīs superflua decoctio ordinatur in corruptionez: g̊ nulla superflua decoctio ē digestio oppositū aūt ꝯtingit in opationibus virtutū ministrātiuz nutritiue pn̄t enim ledi ꝑ intēsionē ⁊ remissionē. Digestio tn̄ est diminuta duplr̄: aut q̄r tarda aut q̄r nō cōpleta nec tn̄ ex his fit corruptio ad acetosum. Sʒ ꝯtra sicut pōt eē diminuta a cōplemēto absqʒ corruptione ad acetosum ita pōt eē aucta supra cōplemētū absqʒ corruptione ad fumosuz: g̊ cū nō posset reponi in alia specie erit digō lesa ꝑ intēsionez. ⁊ ꝯfirmat̄ q̄r sicut ē in artificialibꝰ ita ē in n̄alibꝰ: sʒ ꝯtingit artificio aliq̄d magis aut minꝰ decoq absqʒ hoc ꝙ corrumpat̄: g̊ ⁊c. Item quarto methauroꝝ ꝯtingit pēpasim ledi in magis ⁊ minus. Credo opinionē vtrāqʒ posse dfendi: ⁊ forte nō est ꝯtradictio nisi in verbis. vtraqʒ enim cōcederet decoctionē posse ledi ꝑ intēsionē ⁊ remissionē absqʒ corruptiōe ⁊ quelibet ꝯcederet equationē ⁊ debitā ꝑmistionem humidi cuz sicco in ordine ad nutritionē aut misti generationē ⁊ ꝑfectionez nō posse ledi ꝑ itensionē. Et faciētes d̄iam iter magis digeri et ꝑfectius digeri forte sentiūt hoc idē. si eni q̄nto equatio eēt fortior tāto digō esset itensior tūc faciet trāsitū subitū ab itensiua digestione ad nō gradū digōnis vbi ponatur fortificari digōnem donec digestibile adurat̄. Aufertur aūt digestio cibo non immutato aliquo modoꝝ suprascriptorū aut leuissime imutato ita vt aliquando etiam post longam retentionem amoueat̄ aut egeratur non permutato ab ea dispositione in qua assumptus est.

Cause nocumenti digestionis sūt duplices p̄mitiue ⁊ corporee. Et primitiue sunt aut extranee sicut ꝑcussio stomachi aut membri sibi cōmunicantis. Item morsus sūptio aut applicatio venenosoꝝ. Balneum calidum post cibū conuertēs calidū exteriꝰ aut frm̄ caliditatē extinguēs: aut nō sūt ex̄nee sicut sūpte a sex rebꝰ nō n̄alibus. Aer nāqʒ supflue lapsus in qualitatibus p̄mis aut corruptꝰ aut hn̄s vapores malos admistos sicut cadauerū ⁊ silium fetētiū ē cā nocumenti. s. corruptōis aut

diminutionis digõnis. Silr̃ cibus aut q² supfluus vt bene dige
ri nõ possit ⁊ corrumpit ad acetosum: maxime si stomachus sit
frigidus aut diminute digerit vel est tam pauce q̃ztitatis vt adu
ratur ⁊ corrumpat ad fumosum in stõ calido aut nimis decoq
tur. Secũdo ꝓpter q̃litatem supfluam sicut mel in dulcedi
ne cũ notabili caliditate ⁊ corrumpunt magis ad fumosum aut
supfluitatem ĩfrigidationis ⁊ diminute digerit aut corrumpit ad
acetosum sicut lactuca papauer ⁊ silr̃ia aut supfluitates in humi
ditate sicut persica pepones ⁊ silr̃ia: ⁊ putrefiũt in stomacho cali
do ⁊ acetosant in frigido: ⁊ ecõtra siccitas supflua corrũpit ma
gis ad fumosum q̃ ꝯiũcta sit caliditati supflue. Tertio ratiõe
modi sb̃e tenuis sicut lac oua cerasa ⁊ silr̃ que facile putrent. Si
cut econtra que sunt grosse sb̃e tarde digerunt ⁊ diminute corrũ
pũtur ad acetosum sicut caro bubali pira spisse substãtie ⁊ silr̃ia.
Quarto q² sunt cõtraria appetitui sicut oleaginea fetida pin
guedines rancida crocus ⁊ silr̃ia que magis corrumpunt ad fu
mosum ⁊ putridũ. Quinto qñ currunt ꝓprietates ꝯtrarie aut
a tota specie sicut ĩter carnes crudas ⁊ hoiem aut insequẽtẽ ma
teriã sicut aliq abhorrent vinũ aliq caseum. Et amicus meus sol
uebat cõmestione cancrorꝝ. Iste ergo ꝓprietates siue actiue siue
passiue sunt cã nocumenti digõnis. s. corruptionis aut diminu
tionis ⁊ male possunt remoueri lꝫ aliqñ ꝯtigerit nõ bibentez vi
num postea bibisse. Et imprudẽter opantur q studẽt has ꝓprie
tates specificas aut inseq̃ntes mãm ꝑmutare ⁊ magis fallunt ⁊
ineptius opant q exhibent vinũ aut aliud ſm ꝓprietatem alicui
ꝯtriam q̃ztũcunq̃ꝫ cognouerint illud ſm qualitates manifestas
fore cõueniens. ꝓprietas enim in oibus siue specifica siue inse
quens materiã est sup oẽs dispõnes manifestas obseruanda ⁊
vlr̃ hic modus amplięt ad quẽcunq̃ꝫ cibũ ⁊ potũ alicui horribi
lem rõne odoris saporis cruditatis ⁊ silr̃ium. Sexto quando
cibus sumit nõ in hora sua sicut cũ stomachus est repletꝰ humo
ribus supfluis aut cũ sumit cibo ꝑcedẽte nondũ ꝑfecte digesto:
vel si sumit ante ꝯsuetum exercitiũ vel expulsionẽ supfluitatis: ẽt
si nõ sint in stõ dũmodo sint alterãtes stomachũ. Septimo ꝓ
pter errorẽ in ordine assumendi. sicut enim cibus difficilis digõ
nis grossus ⁊ stipticus ꝑmittitur faciliori ad digerẽdũ subtili et
lubrico: quapropter errãt q ꝑmittunt carnes ouis nisi sint dura
⁊ lac coagulatũ ⁊ cerasa vuas ⁊ ferculũ comedũt in fine mense
⁊ elixum ceteris paribus post assatũ. Octauo qñ cibi diuersi
comedunt: vt liq̃da assata frixa elissa artoclee. Itez multũ diuer
sa ex parte saporꝝ necnõ ex parte modi sb̃e: mala sup oia est com
mistio salsorꝝ cũ dulcibus ⁊ assatorꝝ vel frixorꝝ cũ rebus facilis
corruptionis: sicut miscere pisces salitos caseũ salituz pisces fri
xos cũ ouis aut lacte. Et hi ꝑ parte corrumpunt ꝑ parte diminu
te digerunt. Nono ꝓpter malitiã artificij sicut cibus male co
ctus aut pisces q post coctionẽ steterint suffocati. Decimo qñ
faciẽs eructuationẽ: q² ventosabilis alijs ꝑponit cibis. Tũc eni
ventositas alios cõmouet cibos ⁊ ꝑmiscet nec sinit stomachum
bñ alios amplexari ꝓpterea raphanus ⁊ silr̃ia sũt comedẽda in
fine nõ in ꝑncipio. Decimoꝑmo qñ esset male sb̃e nõ corrigi
bilis a virtute sicut fungi ⁊ cibi q putruerunt cõtra illos q come
dunt perdices ⁊ qualeas fetẽtes ⁊ isti corrumpunt ad fetiduz ⁊
qualitatẽ malã nõ ꝯsuetam. Decimosecũdo qñ multus ẽ po
tus in cõparatione ad cibũ aut econtra. Sꝫ ex parte somni post
cibũ sicut digestio iuuat calore intus reuocato ita minuit aut cor
rumpit cũ homo vigilat tpe somni calore exterius moto ad in
strumẽta motus ⁊ sensus volũtarij. Repletio quoq̃ꝫ supflua
⁊ nõ exñs in stõ sed in mẽbris sibi cõicantibus ipedit stomachi
digõnem calorẽ innatũ suffocando sicut nimia inanitio ipsum
paucificando. Motꝰ quoq̃ꝫ laboriosus post cibũ minuit aut
corrũpit digõnez tũ cibũ agitãdo vt nõ bene amplectat a stõ: tũ
calorem trahẽdo ad instr̃a motus. Leuis tñ deambulatio iuuat
faciẽdo cibũ ad fundũ descẽdere stomachi. Et ecõtra qes post
cibum iuuat ad digõnem ꝑlongata ẽt completa digõne minuit
digõnem calorẽ ebetando. Coitus aũt post cibuz impedit di
gestionẽ: ⁊ multiplicatꝰ maxime nocet. Accñtia quoq̃ꝫ animi i
moderata imoderate mouẽtia spũs iterius aut exteriꝰ aut simul
exterius ⁊ iterius sicut passio dicta elleni digõnem impediunt.
Spes ṽo ⁊ gaudiũ moderatum digõnem iuuãt. Cause vero
corporee sunt duplices ꝑ essentiam aut ꝑ cõitatem: ꝑ essentiaz q
dem aut in cõpositione sicut si stomachus peccaret q̃ztitate exi
stens nimis magnus aut paruus: aut figura exñs figure rotun
de cũ debeat eẽ figure oblonge sicut cucurbita retorta: aut si eẽt
nimis tenuis aut rare sb̃e aut eẽt nimis asper aut leuis in super
ficie: lꝫ huius spẽi cõpositionis equalitas imediate deseruiat re
tẽtioni mediate digestioni. Silr̃ lapsus in complõne impedit di
gestionẽ: Sꝫ inter oẽs lapsus ad frigidũ ⁊ siccum cum digestio
maxime iuuet calido ⁊ humido iux̃ affori smũ. Quicũq̃ꝫ vẽtres
habẽt humidos iuuenes exñtes melius cõmutant siccis habẽti
bus. Lapsus aũt in passiuis cũ tẽperie actiuarũ parũ impe
dit digõnem nisi ꝓportionent ad materias: Humiditas quidez
cum pñtia materie ⁊ siccitas cũ ꝯsumptione ⁊ arefactione. sũt. n.
he qualitates passiue pauce imꝑssionis neq̃ꝫ multũ pñt intẽdi si
ne lapsu actiuarũ. Materie aũt in stõ supfluentes cuiuscũq̃ꝫ ge
neris impediũt digõnem siue in stõ ꝯtente siue aliũde deriuate.
Et silr̃ vẽtositas aut cibũ corrumpẽdo cũ admiscet: aut minuẽ
do q² nõ sinit stomachi parietes sufficiẽter cibo adherere: bona
eniz comp̃hensio stomachi sup cibũ est cã bone digõnis nisi sit
grauatiua: sꝫ grauatiua facit retentionẽ comprimẽdo ⁊ nõ fit ita
bona digestio: lꝫ cibus citꝰ descẽdat ⁊ nõ sint cũ ea eructuatio ⁊
rugitus: sꝫ calide ex his magis corrũpunt: imo cũ stomachus ẽ
calidus absq̃ꝫ mã aut cũ mã colr̃ica effusa ex epate ad ipm ꝓpter
multitudinem gnãtionis eiꝰ in ipso ꝑ viaz fellis corrumpunt in
ipso cibi leues: ⁊ digerunt fortes grossi sicut ẽ caro vaccina. frigi
de ṽo diminuũt corrũpunt ⁊ interdũ auferũt. Sed mã saniosa
plr̃m corrumpit ad fetidũ. Silr̃ solutio ꝯtinui recẽs aut antiqua
aꝑata bothor digõnem impediũt diminuẽdo aut corrumpẽdo
⁊ nota digõnem duplr̃ posse a sua opatione impediri taz ꝓpter
defectũ in instrõ: qđ est complr̃o calida ⁊ humida moderate: q̃ꝫ
in organo qđ est fundus stõi: ⁊ defectus in his ledit digestiuam
ꝑ se ⁊ imediate. Sꝫ aliquãdo ledit mediate ⁊ ꝑ accñs ꝓpter dfe
ctum ꝯtẽtiue leso pileron ab humiditate supflua aut irritato cali
ditate extẽsiua pungẽte ⁊ stimulãte: siue sint cũ mã aut sine: qua
re nõ tãtopere retẽtiua retinet donec digestiua suã compleat ope
rationẽ: ⁊ aliqñ ꝓpter supfluitatem appetitiue q̃ debetur ori stõi
ſm plr̃m a frigiditate supflua ꝯtingentẽ: quare ẽt supfluit attracti
ua ⁊ ꝯñter fit comestio supflua in cõparatione ad digõnem. Sꝫ
ꝑ cõitatem impedit digõ aut a toto sicut in febribꝰ hydrope cri
si ⁊ silr̃ibus: ⁊ ꝑ cõitatem a membris particularibꝰ sicut a cerebro
a spũalibus mẽbris: splene epate intestinis renibꝰ vesica mesen
terio zirbo neruis iũcturis a mirach matrice ⁊ silr̃ibꝰ cõitate ab
soluta aut nõ absoluta. Et inter cõitatem absolutã computat ꝑ
uatio trãsmissio eius qđ deberet trãsmitti sicut in fluxu sanguieo
leditur stomachus spũ sufficienti ad ipm non trarmisso.

Signa nocumẽti digõnis in se ⁊ absolute sumunt ex gra
uitate ⁊ mala tolerãtia cibi ẽt si paucus sit aut me
diocris. Itẽ ex multiplicata vẽtositate ꝑ supius aut iferius: aut
ex rugitu: tardo descensu cibi ex stõ nisi fuerit lubricus aut adsit
alia cã lubricans. Itẽ ex pauca corpis restauratione: paliditate
faciei: multo sputo cũ debilitas digõnis longo tpe ꝓlongat. Itẽ
ex visu relatu egri ⁊ astantiũ: videmus. n. post longã retentionẽ
cibi in stõ ipm egredi ꝑ supius aut iferius: nihil aut parũ a sua
dispõne ꝑmutatum: qđ est euidẽs signum ꝑme digõnis ablate.
Et si digestio ẽ diminuta notabilr̃ eructuatio post octauã aut de
cimã horã redolet odorẽ cibi. ⁊ forte adest nausea extensio ⁊ er
tuatio anhelitus: ⁊ si corrupta ad acetosum fetidũ aut ad fumo
sum aut ad qualitatẽ nõ ꝯsuetam eructuatio redolet illud ad qđ
corrupta ẽ. Signa cãrum ꝑmitiuarũ sunt ꝑcessio earũ ⁊ sub
secutio hmõi nocumenti digõnis verisilr̃ cause ꝑcedẽtis propor
tionalis. Et ꝙ quotiẽscũq̃ꝫ talis impedit cã: tale seq̃tur nocumẽ
tum. ⁊ qñ non ꝑcedit non seq̃tur hmõi nocumentuz. Signa
aũt malarũ dispõnum stõi. s. male cõplr̃onis cõpositionis solr̃o
nis ꝯtinuitatis aꝑatum patere pñt ex his q̃ dicta sunt in caplr̃o d
vomitu ⁊ silr̃ signa vẽtositatis. Sꝫ malã cõplr̃onem frigidaz aut
humidã significant paucitas sitis ⁊ ꝯstans appetitus ad cibuz:
albedo lingue sapor oris insipidus aut acris. Eructuatio acris
aut insipida: tardus descẽsus cibi: palor faciei cũ albedine. Et
ecõtra malã cõplr̃onem calidã ⁊ siccam significant sitis paucitas

appetitus ad cibū: sapor oris ꝛ similiter eructuatio amara fetēs
aut fumosa. Color lingue tendēs in citrinū aut fuscū. palor faci
ei cū citrinitate ꝛ similia. ꝛ ventositatē significāt rugitus ꝛ extēsio
ꝛ ipsius per superius aut inferius expulsio. Signa reliquarū dis
positionū in capitulo de vomitu perquirant. Signa autē fortis
cōpressionis stōi supra cibū absqꝫ bonitate digōnis sunt ꝙ cō
pressio ē tremula absqꝫ euētu rugitus ꝛ eructuatione. Jtē adest
extēsio ꝛ singultus cā impotētia perficiēdi ipsuꝫ. Jtē adest cōtur
batio grauitas desideriū minuēdi grauitatē cū cōstrictione. ꝛ ali
quādo cibus velociter descendit absqꝫ cōplemēto digōnis. Ma
terie vero corrupte vltra signa sui generis de quibus supra cog
scunt ex fetore sapore horribili incōsueto nausea vomitu singul
tu syncopi ꝛ similibus accidētibꝰ malignis. ꝛ si huiusmodi mãe
ꝯgerant in stō significāt huiusmōi nocumēta ꝯtinua aut cū pau
ca interpolatione. ꝙ si interpolatio fuerit pluriū dierū materie il
le erūt aliūde veniētes. qđ āt sit mēbrū mittēs cognoscit per no
cumēta ipsius que precesserūt: ꝛ ꝑ materias in stō repertas na
ture illius mēbri ꝓportionales. Si vero cōitas sit absoluta sola
precessio nocumētoꝝ illius mēbri est signū: ꝛ ꝓprie cū nō videa
tur nocumentū illud esse per essentiā aut ab alia causa pendere
Signa āt tenuitatis stōi ꝛ raritatis texture sūt dolores ꝛ alie egri
tudines in stomacho prolongate ꝛ dbilitas digestionis cum de
bilitate appetitus: ꝛ corporis extenuatio.

**Pronostica.** Primū nocumētuꝫ digōnis stōi est
mater fere oīuꝫ egritudinū materialiū
propterea dr̄ ꝙ plures interficit crapula qꝫ gladius. Secūduꝫ
nocumentū digōnis prime notabile est causa nocumēti digōnis
scd̄e: dico notabile qꝛ si fuit paruū corrigit ꝑ bonaꝫ monoculi ꝛ
epatis dispōneꝫ. Tertiū digestio pª corrupta est cā egritudinuꝫ
que sequūtur corruptionē tertie aut quarte digōnis cū ipa corrū
pendo scd̄aꝫ digōnē sit cā corruptionis digōnis tertie ꝛ quarte.
Egritudines āt que sequūtur nocumētū digōnis prime imedia
te sunt sicut liēteria ꝛ hydropisis tipantes: ꝛ q̄ sequunt nocumē
ta s̄e sicut sunt asclites fluxus humoralis apata ꝛ similes ꝛ que
sequunt nocumētuꝫ tertie ꝛ quarte sūt sic̄ scabies lepra hyposar
ca albaras ꝛ morphea. Quartū ꝙ est origo egritudinū chro
nicarū multiplicādo materias grossas ꝛ multas cum debilitate
virtutis. Est eniꝫ cā epilepsie melācholie mirachie: ꝛ corruptio
digōnis multotiēs est cā prurītus. Quintū digō corrupta in
cōualescētibꝰ pronosticat recidiuā arguit enim multiplicatas su
perfluitates que sunt cāe recidiue. Sextū debilitas digōnis pri
me multiplicat phlegma aut nō verū: qꝛ chilus indigestus ē si
milis phlegmati in substātia colore viscositate frigiditate q̄ pro
pter facile cōuertit i aliquā subām similē phlegmati quod tamē
non credo esse verū phl'a. Est ēt cā phlegmatis veri qꝛ ex chilo
diminute digesto plus ꝯuertitur in phl'a in 2ª digōne qꝫ si eēt bn̄
digestus propterea in oībus egritudinibꝰ phl'aticis maxime dꝫ
esse intētio in cōfortatione digōnis ꝑme. scd̄o debilitas digōnis
perducit ad rigorē ꝛ frigus extremitatū ꝛ velut cōmotionē prin
cipij paroxismi febris: qꝛ calor reuocat ad intra vt fortius dige
rat. ꝛ hoc lꝫ sit bonū per viā cāe qꝛ reuocatio interius fortificat
digestionē est tn̄ malū per viā signi: significat eni aut paucitatem
caloris: ꝛ cōsequēter dbilitatē virtutis digestiue aut absolute aut
saltē in cōparatione ad cibū digerēdū. Septimū nocumētum
digestionis sequēs debilitatē virtutis aut malitiā complexionis
cōfirmatā difficilime recipit curationē. Et apud Aui. i libro mor
tis velocis dicit ꝙ si super oculos eius qui habet nauseatiuā sa
tietatē ꝛ tarditatē digestionis appareat bothor nigra similis cice
ri ꝛ rubet pars eius: ꝛ fit viridis pars altera tūc ipse incipit cū di
minutione rōis ꝛ morit in septimadecima: significant eni per di
uersitates coloꝝ diuerse mãe maligne: quaꝝ ptē ꝑuā natura sin
thomatice expellit reliquū remanens interimit. Almansor.

c Um stō debilitas cū pauca siti: ꝛ tarda cibi
de stō descēsione ꝛ acido ructu fuerit: fuerit
qꝫ oia accidentia hec ꝑua nec fuerit vetusta
stomachus ex trociscis de roš est curādus: d qbꝰ eger
quottidie in mane pōdus aur. j. ꝛ .s. cū. ℥. ʃ. dcoctōnis
de seminibꝰ sumat. Decoctio āt de seminibꝰ hec est: su
mant ciminū nabati ꝛ ameos: bulliant in mina donec
aqua fiat rubea. de qua postea cū troc. de rosis vt pre
dictū est in potu tribuatur. Troc. v̊o de roš sunt q. ℞.
pulueris rosarū ru. ʒ. iij. xyloaloes spice masti. xyloca
sie squinātī cinamomi apsinthij oīuꝫ ana. ʒ. j. ꝛ cōsper
gantur ex vino veteri ꝛ informent troc. Nutriat vero
ex his que cito digerunt ꝛ paucoꝝ sūt humoꝝ ac pau
carū superfluitatū que ēt ex redolētibꝰ ꝛ seminibꝰ sūt
cōdita: sicut sunt galāge ꝛ mutagenat. Ipse quoqꝫ an
te comestionē multo vtat exercitio ꝛ aquā minus so
lito bibat ꝛ post comestionē multū dormiat. de vino
quoqꝫ veteri ꝛ puro parum bibat totam nutricatio
nem minuat. Jo. Ar.

Diuiditur hoc capitulū in partes tres. In prima curat debi
litatē digōnis a frigiditate. In 2ª parte curat dbilitatē digōnis a
caliditate. In 3ª curat ipsaꝫ pendētē a caliditate cui cōiuncta est
corporis siccitas ꝛ arefactio. secūda ibi. Quod si digestiue dbi
litas. 3ª ibi. Si āt cum hoc diximus. ꝑma in duas: In ꝑma po
nit signa debilitatis digōnis a frigiditate. In scd̄a curā. secunda
ibi. Fuerintqꝫ hec accntia. In ꝑma ponit tria signa debilitatis di
gestionis pendētis a frigiditate. s. paucam sitim tardā cibi dscen
sionem ex stomacho ipo cibo tarde digesto. Tertium est ructus
acidus que oia arguūt diminutā aut corruptā digōnem a frigi
ditate. Secunda vero pars diuidit in duas. In ꝑma ponit curā
debilitatis digestionis cū est remissa ꝛ nō est antiqua in secūda
cū est intensa ꝛ veterata. scd̄a ibi. Quod si hec accidentia. In ꝑ
ma parte ꝑ cura debilitatis digōnis remisse ꝛ non inueterate pē
dentis a frigiditate ponit sex remedia. Primum ē trocisci de ro
sis de qbus patiens dꝫ sumere in mane stomacho ieiuno aur. j.
ʃ. Hos aūt trociscos dꝫ distemperare cū. ℥. j. decoctionis de se
minibus vel sumat ꝑmo trociscos in forma pillularū: deinde bi
bat decoctionem que decoctio dꝫ eē pauce qꝫtitatis vt puta. ℥. j.
ne faciat trociscos ex stomacho lubricare. Decoctio aūt fit ex cy
mino nabati. i. regionis illius ꝛ ameos ana. ℥. j. que grosso mo
do contusa buliant in mina aque que ē pondus centū. ʒ. donec
aqua rubea fiat vtputa ad ꝯsumptionem medietatis ꝛ coletur: ē
enim calida ꝛ sicca stomachalis ventositatum resolutiua ingre
dientia aūt trociscos oia sunt calida: Et sunt ꝑter rosas stoma
chalia ꝛ digōnem ꝯfortantia xyloaloes. i. ligni aloes: xylocassie
i. cassie lignee: cetera nota sunt. Tertio nutriatur ex his q̄ sūt fa
cilis digestionis boni chimi boni odoris placentis egro: pauca
rum supfluitatum paucoꝝ humoꝝ. i. que non sint liqda brodio
sa. Ex quo infertur ꝙ hic curat debilitatem digōnis pendentis
a frigiditate cum humiditate. Si enim frigiditati ꝯiungeret sicci
tas superflua humida actu ꝛ potentia conuenirent: ꝛ sint cōdita
cum spēbus redolentibus sicut calagie ꝛ mutagenat: q sunt cibi
apud Arabes conditi cum aromatibꝰ. Quarto ante sūptōeꝫ
cibi exercitetur notabiliter. Quinto bibat vinū antiquū odo
riferum calidū ꝛ siccum sed in pauca qꝫtitate ꝛ parum aut nihil
aque bibat ꝛ comedat minus solito. Et sexto post comestionē
multum dormiat ad ꝑficiendum digōnem. Almansor.

Quod si hec accidētia vetusta fuerint electuariuꝫ
diacimini ꝛ diaolibani amboꝝ ana aur. i. pōdus cū. ʒ.
j. veteris vini puri i potu sumat. Regimē āt eius sit vt
prediximus. Electuariū diaciminū. ℞. cimini carme
ni. ʒ. c. ʒʒ. ʒ. xx. piperis. ʒ. x. folioꝝ rute baurach panis
amboꝝ ana. ʒ. x. hec oia cū melle dispumato cōfician
tur: ꝛ det de hoc electuario si vēter strictꝰ fuerit. Q d
si vēter solutꝰ fuerit electuariū diaolibanū est dādum
cuius descriptio in. c. de vētris solutione ꝯtinet. Si āt
hec nō sufficerint squāma ferri cū vino tribuat. Sco
rie āt ferri cōfectio hec ē. ℞. se. apij se. feniculi anisi ci
mini ameos aniudeꝫ origani keisim carui seminis co

riandri melanopiperis macropiperis cinamomi tu ris spice gar. nucis mus. ciperi. ℥. omnium ana pondus aur. j. scorie aur. x. omnibus sextuplum veni addatur ⁊ coquantur donec ad medietatem redeant ⁊ coletur: deinde eger de hoc sirupo postq̄ colabitur pondus. ℥. xxx. quottidie sumat ⁊ nutricationem alleuiet. Quod per tres bebdomodas faciens caueat sibi ab acetosis ⁊ a fructibus recentibus ⁊ aqua frigida: vinum vero mensurate bibat. Emplastrum quod stõm confortat ⁊ calefacit. R. storacem spicam squinantuz apsinthium calamum aromaticum masticem: ex his cum vino veteri ⁊ succo cydonioꝝ cõspersis emplastrum super stõm ponatur. Ad hoc preterea confert vt stomachus fricando inungatur ex oleo quod fit ex spica nardi ⁊ ciperoꝝ aut lana carminata in predicto oleo calefacto inuoluta super stomachũ ponatur ⁊ cũ pãno ligetur. Eger quoq̄ vinũ vetus bibat: aut miuã aut idromel. Miua autẽ hoc modo fit: succus cydonioꝝ muzorum sumatur ⁊ per diez ⁊ noctem vt residere possit dimittatur ⁊ coletur: deĩde eius quod clarum est partes. ij. sumãtur zuccari pars vna: vini veteris. i. ⁊ incipiat coq̄ suauiter ⁊ dispumari donec in iuleb similitudinem transeat. postea pro vnaquaq̄ lib. ex toto sumanꝭ. ℥. spic. cinamomi gar. omnium ana. ℥. j. masticis. ℥. ij. oĩa puluerizata in panno ligentꝭ ⁊ intꝰ dum calefactum est mittantur: ⁊ cum infrigidari ceperit pannus extrabatur ⁊ exprimatur: deinde sirupus recondatur. Jo. ar.

Nunc curat nocumẽtum digestiue intẽsum ⁊ inueteratũ pendens a frigiditate. Et ordinat quinq̄ remedia. Primũ est h̄. R. diacimini diaolibani ana aur. i. sumatꝭ stõ ieiuno pluribꝰ diebꝰ cum. ℥. j. vini veteris: siue distẽperentꝭ adinuicẽ siue bibatꝭ post ipsum vinum. Subdit postea ꝙ si venter est stipticus vtatur diacimino. Est enim aliqualiter solutiuũ nõ quidẽ a proprietate sed merito quorũdam pungentiũ ⁊ stimulantium sicut piper ⁊ baurach. Quo etiã mõ vinum granatorũ ponitꝭ ab Aui. prima quarti capitulo de curatione generali febriuz inter solutiua lꝫ forte ẽt soluat cõprimẽdo. si vẽter sit solutus vtatꝭ diaolibano cuiꝰ ꝺscriptio est in capº de fluxu vẽtris: notabiliter eni stringit propter balaustias. si autẽ vẽter medio mõ se hꝫ possũt adinuicẽ cõponi sicut hic docet Rasis. Descriptio autez ista diacimini est satis nota. est eni notabiliter calidũ ⁊ sic. stõi cõfortatiuũ ⁊ vẽtositatis resolutiuũ: Baurach arabice aphroniton grece ẽ spuma nitri latine: hic tamẽ per baurach panis. credo Rasim intelligere salẽ panis pro quo vide Mesꝭ capitulo de spẽbus salis ipsum salẽ panis inter quattuor species famosas salis numerat. Secũduz remedium est decoctio scorie ferri que multũ cõfortat stomachuz ⁊ epar ⁊ exiccat inter oĩa humiditates superfluas: est eni sicca in tertio ⁊ super alias scorias remouet mollificationem cocta cum vino: ⁊ Rasꝭ secũ pmiscet plurima calida ⁊ sic. ppria in stõi ꝯfortatione. Aniudẽ. i. radix herbe de q̃ fit assa keysin. i. leuisticũ melanopip. i. nigrũ pip macropip. i. lõgũ pip: cetera nota sũt. Cõtinuat vsũz huiꝰ p tres hebdomodas q: hec malitia cõplexionis cũ ẽ inueterata ⁊ fixa nõ facile remouetꝭ. Tertiũ est vt caueat ab acetosis ⁊ acribꝰ a fructibꝰ recẽtibꝰ ab aq̃ fri. ⁊ similibꝰ fri. ⁊ hu. ⁊ bibat vinũ vetꝰ mẽsurate. Quartũ ẽ emplastrũ ꝯfortãs stõm ⁊ calefaciẽs cuiꝰ ꝺscriptio est satis nota: sꝫ vt h̄ emplastrũ sit tenax oꝫ mltiplicare masticẽ sup alios pulueres: laudatꝭ ẽt approximatio olei facti ex spica nardi ⁊ cipero in q̃ ꝺbite calefacto lana aut filtrũ infusũ ⁊ optime expssũ stõ applicetꝭ ⁊ ligetꝭ. Et i potu sumat vinũ vetꝰ aut miuã aut hidromel si nõ bibet vinũ: ꝺscribit ẽt miuã cydonioꝝ q̃ est nũc in cõi vsu quã aromatizat ad h̄ vt magis calefaciat ⁊ ꝯfortet stõm: ⁊ oĩa nota sunt. Almansor.

Quod si digestiue ꝺbilitas fuerit cũ mlta siti ⁊ paucoꝝ ciboꝝ appetitu ⁊ fetido ructu sirupꝰ acetosus de cydonio bibatꝭ. R. succi cydonioꝝ acetosoꝝ pte. j. zuccari al. pte. j. aceti clari quartã pte vniꝰ coquanꝭ oĩa simul donec inspissenꝭ. Est ãt sirupꝰ iste stõi ꝯfortatiuꝰ ⁊ ad suas peragẽdas opationes iuuatiuꝰ ⁊ vehementiã incẽsionis: ⁊ inflamationẽ q̃ ẽ in stõ sedat. Egri vo nutricatio sit res in qua simul cõgreganꝭ acetositas ⁊ stipticitas ⁊ vt caro cum succo vue acerbe cocta ⁊ cũ malis matianis silr cocta ⁊ cũ ribes ⁊ facta ex alzuẽz ⁊ almosi: ⁊ illis silia ex cibis. De isto ꝑterea detꝭ puluere vt trãsglutiat: q̊ recipe rosarũ ru. ℥. x. spodij. ℥. iij. se. coriãdri. ℥. v. dosis eiꝰ sint. ℥. ij. cũ succo granati muzi ⁊ cũ sirupo de cidonijs acetosis. Jo. ar.

In hac parte curat nocumẽtuz digestiue siue sit diminuta p intẽsionẽ: siue sit corrupta a caliditate supflua cuiꝰ signa sũt mlta sitis: paucus ciboꝝ appetitꝰ: ructus fetidus: ⁊ reliq̃ signa supius dicta: p qua corrigẽda ꝯcedit sirupũ acetosũ de cydonijs cuius descriptio nota ẽ: ⁊ ipsũ sicut est veritas sũmis laudibꝰ extollit ⁊ preter laudes quas sibi attribuit ꝓhibet trãsitũ cholere ad stõm que multotiẽs corrũpit digõnẽ. Dieta ãt sit frã ⁊ vtatꝭ acetosis ⁊ stipticis q̃ nominat in textu ⁊ satis nota sũt. Alzuẽz ⁊ almosi sũt cõdimẽta rerũ fic gelatina limonea myrtea ⁊ similia acetosa ⁊ stiptica: ordinat ꝑterea puluerẽ frm̃ sic. ⁊ stipticum cuiꝰ descriptio ⁊ iuuamenta satis nota sunt. Almansor.

Si ãt cũ hoc qꝺ diximꝰ fuerit in corpore extenuatio ⁊ inflãmatio egro lac ⁊ aqua hor. dãda sũt. Ipse q̊q̄ ex herbis hũectãtibꝰ nutriẽdus ẽ: vt sũt lactuce malue cucurbite citruli carnes hedoꝝ ⁊ agnoꝝ lactẽtiũ ⁊ pisces recẽtes. Balneũ ꝑterea ãteq̄ comedat ⁊ postq̄ comederit ⁊ tinã quottidie ingrediatꝭ. ⁊ vinũ clarũ valde tẽperatũ bibat ⁊ assidue vtatꝭ qete ⁊ motũ ⁊ exercitiũ vitet sitq̄ totũ eiꝰ regimẽ sicut eiꝰ qui corporis grossitiẽ adipisci ꝺsiderat. ⁊ si cũ hac dispositiõe inflãmatio fuerit ⁊ incẽsio vehemẽtissima stomachus ex rebꝰ frigidis ẽ liniẽdus ⁊ aqua hordei danda. sitq̄ eiꝰ regimen ethicam habentis. Jo. ar.

Curat ꝺbilitatẽ digestiue a caliditate cũ corporis extenuatione per fri. ⁊ hu. exteriꝰ ⁊ interiꝰ applicita: ⁊ intẽdit frigidare ⁊ humectare taz q̃litatiue q̄z sbstãtifice: ⁊ q̃ dicit nota sunt: lac est optimuz si nõ adsit febris putrida: sꝫ egro putride febriẽte vitãdum est lac: balneũ aque dulcis cõcedit sicut cõcedit i ethica ⁊ ad easdez intẽtiones. ⁊ lꝫ Rasꝭ cõcedat ipsũ ante cibũ ⁊ post cibũ: credo tñ ipm magis cõuenire cibo ꝑdigesto quo ad ꝑmã ⁊ scꝺam digõnem. s. qñ nutrimẽtũ ꝺꝫ ad mẽbra delegari: imo credo balneum cibo nõ digesto saltẽ quo ad ꝑmã digõnem magis obesse q̄ ꝓdesse cetera nota sunt. ꝺria aũt ĩter balneũ ⁊ tina ẽ: q: tina ẽ vas in quo balneatꝭ. Balneũ aũt ẽ locus constructus ex tribꝰ casis in quo balneanꝭ. tina g̃ posset eẽ in balneo ⁊ extra balneum.

Cura nocumenti digõnis ꝑme. si pẽdeat a cã ꝑmitiua sex exigit intẽtiones. Prima remouet cãm ꝑmitiuam ⁊ nocumẽtũ ab ea ipressuz. Scꝺa educit cibũ corruptũ si affuerit ⁊ cetera q̃ sunt in stõ adiuuãtia ad corruptionez. Tertia corrigit malã dispõnem stõi ipm ꝯfortãdo ⁊ ẽt epar qꝺ ẽ sedes ⁊ ꝑncipium virtutis nãlis. Quarta ꝓhibet fluxũ humoꝝ ad stõm. Quinta corrigit accñtia. Sexta ordinat ꝺbitũ regimẽ sex reꝝ nõ nãliũ.

Si g̃ pẽdeat a vulnere vel ꝯtusione i stõ aut in mẽbro sibi cõicante curenꝭ ꝭm ꝙ opꝫ iux̄ ꝑmã intẽtionẽ: ⁊ si sumpserit venenosa vomitu educanꝭ aut secessu cũ medicinis lenientibꝰ ⁊ denꝭ bezabartica ꝯ illa venenosa ⁊ stõus ⁊ mẽbra nobilia cõfortenꝭ: ⁊ similiter si applicita fuerint remoueanꝭ ⁊ nocumẽtũ p ipa ipressũ ⁊ silr curetꝭ morsus venenosoꝝ ⁊ nocumẽta p ipm impssa sicut sepe dcm̃ fuit. Si vo pẽdeat ab aere cibo ⁊ potu ⁊ reliqs rebꝰ nõ nãlibus incõueniẽter applicitis: remoueanꝭ cãe ille ⁊ nocumẽtũ

p ipsos ipressum ⁊ inducat regimē cōtrariū. Et q2 regimē malū in cibo ⁊ potu ꝯm modos .xij. suprascriptos ē frequēti⁹ in cā ip sius correctioni attēdat maxime. Et si cibus in stō fuerit cor ruptus iux̄ scdaꝫ intētionē educat q̄z citius fieri pōt. ⁊ similiter humores sibi cōmisti vomitu aut secessu vomit⁹ tñ est prōptior ad educēdū in stō cōtēta: nō est tñ vomitus frequētādus ne sto machus fiat lacuna superfluitatū ⁊ si non pōt fieri aut nō suffi ciat denꝰ solutiua lenia sicē casia pilule alefangine stomatice ⁊ dia triōpipeon est ꝓpriū in corruptione ad acetosū ⁊ q̄dā ꝓpria in ferius ꝺscribunt. Postea iux̄ tertiā intētionē corrigat stōi dy scrasia ⁊ digestiua ei⁹ cōfortet cū cōtrarijs ꝓprijs cōfortātib⁹ stōm tā ꝓprietate q̄z stipticitate tēperatis. ⁊ m̄lta valde ꝓpria ⁊ solēnia ꝺscribunt a Rasi in lr̄a supius expōsita tā interi⁹ q̄z exte rius applicāda. Et multa excellētia addaꝫ inferi⁹. Prohibet autē fluxus hūoꝝ ad stōꝫ iux̄ quartā intētionē ipsuꝫ ꝯfortando vt stati dictū est ⁊ ēt diuertēdo cū euōne aut sine ꝑꝫ exigentiam. Corrigant āt accn̄tia iux̄ quītā intētionē. Et ordinet regimē sex rerū in cōtrariū dyscrasie ꝑꝫ q̄ dicet in sequētib⁹. Si vero no cumētū digōnis fuerit ꝑ essentiā quiqꝫ exigunt intētiones. Pri ma educit cibū corruptū ⁊ hūores sibi admistos. Scda corrigit dyscrasiā stōi ⁊ ceteras cās digestiuā ꝺbilitātes ipsū cōfortādo Tertia ꝓhibet hūores ne fluāt ad stōm. Quarta corrigit accidē tia. Quīta ordinat debitū regimē. Prima intētio ꝑficit vt su pra dictū fuit. Scda ꝟo ꝑficit ꝯm exigētiā cāe corrigēde. si eniꝫ q̄ztitas stōi aucta aut diminuta aut malitia figure fuerit in cā per mutari nō possūt ſꝫ cib⁹ est moderandus: vt sit facilis digōnis: mediocris q̄ztitatis: in stō tñ paruo dꝫ eē pauce q̄ztitatis ⁊ debꝫ pluries sumi in die vt sufficiat ad nutritionē. Raritas āt ⁊ tenui tas subē aliqualiter emēdari pōt cū ꝓprijs moderate stipticis ⁊ aliqualiter viscoꝭ stōuꝫ incoriātib⁹ de quib⁹ ꝯmo ꝓcessū in cu ra vomitus: ⁊ cibi sint facilis digestionis ⁊ moderate q̄ztitatis. Aspitas aūt supflua corrigat cū lenietib⁹ sūptis in prīn⁹ mēse sicē sunt iura pinguia ⁊ fercula aliqualiter brodiosa pruna matura vua ficus ⁊ silīa sūpta in pricipio ꝯcōtra lenitas corrigat vten do stipticis tā interi⁹ q̄z exteri⁹ applicitis. Dyscrasia ꝟo corrigat cū cōtrarijs ꝓprijs moderate stipticis interi⁹ aut exteri⁹ applici tis de qb⁹ egit Ras in littera ⁊ m̄lta ꝑstantia inferi⁹ ꝺscribentur. Sed tertia intētio ꝑficiēda est vt stati dcm̄ ē. Quarta āt ⁊ qnta intētio ꝑficit vt dicet inferi⁹. Si vero nocumētū ꝑme digestionis fuerit ꝑ cōitatē a mēbro aliquo vel a toto sex exigit intentiones. Prima rectificat corp⁹ aut mēbꝝ mittēs euacuādo ⁊ diuertēdo tam ab eo q̄z a stō. ⁊ scdo dyscrasiā mēbri mittētis corrigendo ⁊ cū hoc ipsū cōfortando vt fiat minera laudabilis chimi. Scda educit cibū corruptū ⁊ superflua q̄ sūt in stō. Tertia corrigit eius dyscrasiā ipsū ꝯfortādo. Quarta ꝓhibet hūores a fluxu. Quin ta corrigit accidētia. Sexta ordinat regimē cōueniēs. Prima intētio cōplet euacuādo a toto aut a mēbro ꝑticulari mittēte cū phl̄omia aut solutis ꝑꝫ q̄ videbit expediēs. Sint tñ solutiua ta lia q̄ nō ꝺbilitēt multū stomachū sicut ē ꝓpriū solutiuoꝝ exolue tiuꝫ. ⁊ sil̄r diuertant mā̄e tam a mēbro mittēte q̄z a stō recipiēte cum euacuatione ⁊ sine euacuatiōe ꝑꝫ q̄ videbit expediēs. ⁊ dy scrasia mēbri mittentis corrigat ⁊ sil̄ ēt ꝯfortet cū contrarijs sibi ꝓprijs moderate stipticis nō oppilātib⁹. Scda intentio. s. edu ctio cibi corrupti cōplet vomitū cū aliq̄ ex vomitiuis ca. aut fri. forti aut ꝺbili q̄ ꝺscripta fuerūt superi⁹ in ca⁹ de vomitu. ⁊ si suffi ciat sola impositio digiti aut pēne i ore iterata multotiēs nō pro cedat ad fortiora. Et si hec intētio vomit⁹ cōpleri nō possit denꝰ solutiua aut leniētia: sicut casia aut māna aut electiue soluētia sicē pilule alefangine aut stomatice reubarbaruꝫ aloes lotus cui pa rum myrobalanoꝝ aut masticis pōt addi: sint eni talia vt euacu ando ꝯfortēt nec virt⁹ sua trāseat stōuꝫ ⁊ mesaraicas. Hip. dixit q̄ aloes epaticus cū aqua apsinthij vl̄ arthemisie ꝓpinata stō ieiuno sanat stōm ab oī lāgore educēdo ab eo mās fraudulētas. Cōfortat cerebꝝ ⁊ viscera mūdificat vermes occidit ⁊ educit: sa nat apata stōi ⁊ viscerū ⁊ mūdificat epar. Pilule ꝯfortātes stōꝫ in oī eius lāgore ⁊ lesione intrīseca nec ꝑmittunt humorē putre fieri in eo: sed abstergunt ⁊ qui vtit eis diebus singulis sanus ꝑ manebit a dolore stōi ⁊ capitis ⁊ sunt salubres oculis ⁊ eis qui tristant ⁊ est medicina matricis vitiose ⁊ alioꝝ viscerū. ℞. masti cis. ʒ. iiij. aloes electi. ʒ. x. agarici boni. ʒ. iiij. ⁊ est melius vt ꝑparet cum oxymelle: sed cōfice cū succo altimilie. dosis a. ℈. j. vsqꝫ ad ʒ. j. per horā ante cenā: vl̄ cū vadit dormitū. Corrigit āt dyscra sia stōi ⁊ simul ꝯfortat cum cōtrarijs ꝓprijs moderate stipticis que dicta sunt in textu. ⁊ ex simplicib⁹ proprijs in hac intentione calidis sunt gariofili mēta cinamomuꝫ mastix passule algalie: xi loaloes. ʒʒ. macis galāga pellicule intrīsece stomachoꝝ gallina rum. ⁊ inter cetera vinuꝫ aromaticū: ⁊ pip marie iuuat digestio nem. Ex cōpositis calidis sunt aromaticū rosatū diagalāga dia cinamomū diatriōpipereon ⁊ cōfectiones magne sicut tyriaca ⁊ mithridatū. Electuariū nobile apud Frāciscuꝫ de pedimōtium confortās stōm ⁊ digestionē a cā frigida. ℞. galāge nucis mus. cardamomi añ. ʒ. ij. Anthos. i. floris rorismarini. ʒ. iiij. mēte ha lasce ana. ʒ. iij. sirupi ꝺ mēta vl̄ ꝺ corticib⁹ citri. q. sufficit: ⁊ in cor ruptione ad acetosuꝫ ꝯfert mastix: ⁊ cū est fortis cōferūt magni fice ⁊ vltime sumitates ſq̄uināti cum carui. Ex frigidis āt sunt ro se coriādruꝫ ꝑparatū coralli sandali lābrusca cydoniuꝫ ⁊ ē sin gulare. Ex cōpositis diarodon abbatis: mina acetosa ⁊ similia: ⁊ multe sunt species trocisꝯoꝝ in hac dispōne ꝓprie. ⁊ exterius ap plicita ad hoc cōferunt sicut emplastra ⁊ vnctiones cerata saccu li fomēta quoꝝ ꝺscriptio superius posita est in caplō de vomitu: veꝝ in h̄ ē dr̄a q2 restrigētia vomitū debēt eē magis stiptica imo nōbil̄r stiptica hec ꝟo moderate. Duo āt sꝫ q̄ ꝯfortāt oīa mēbra vnum a cōplerione ⁊ est oleuꝫ ro. quod penes Gal. calefacta in frigidat: ⁊ frigida calefacit. alteruꝫ a ꝓprietate ⁊ est terra sigillata ⁊ ex cōfortantib⁹ corpus ⁊ oīa mēbra est exercitiū moderatum. Sed quarta intētio. s. ꝓhibitio fluxus humoꝝ cum eisdē cōplet sed aliquātuluꝫ magis stipticis: necnō cum diuersionib⁹ cuꝫ euo ne ⁊ sine si fuerit expediēs. Corrigant āt iux̄ quintā intētiones ⁊ nocumēta toti⁹ ⁊ cuiuscūqꝫ mēbri sequētia nocumētuꝫ digōnis prime q̄ possunt esse plura cum sit digō fere oīuꝫ egritudinū ma liū: que qualiter ꝺbeāt corrigi pquirat in ꝓprijs capitul' dictis ⁊ dicēdis ꝑcipue corrigat nocumētum epatis: si adsit ⁊ ēt si nō ad sit ꝑcipue itendat ipsi⁹ ꝯfortationi. Est. n. sedes ⁊ ꝓncipium vir tutis nāl̄is maxime iuuans stōm ad suas opationes ꝑficiēdas ⁊ eructuatio acida illico corrigit cū sūptiōe. ʒʒ. ꝯditi aut nō ꝯditi. Aer aūt iuxta sextā itentionē ordinet in ꝯrium dyscrasie: ſꝫ sit boni odoris egro placētis: ⁊ sit notabil̄r idutus ꝯm exigentiā tē poris: veꝝ in dyscrasia frigida ⁊ humida pānos magis calidos iduat: ꝑcipue teneat partes stōi ⁊ itestinoꝝ notabiliter calidas: si cut cū pelle vulturis aut sacculo ex pēnis cygni anseris vel ana tis. ⁊ minus calida ē pellis agni: ⁊ adhuc minus ē pānus ꝺ gra na: nec gerat idumenta circa stōm multū stricta nec multuꝫ lata. Sil̄r dieta ordinet in ꝯrium duodecim illoꝝ modoꝝ q̄ sunt cau sa nocumēti digōnis de qbus supra: ⁊ declinet in ꝯrium lapsus ꝯm vnā aut plures qualitates. itensē aut remisse ꝯm exigētiā la psus corrigendi. Cibi tñ calidi ⁊ humidi subtilis ſbe sunt cōiter magis ceteris digōni ꝓportionati. Quod si nocumētuꝫ digōnis fuerit ꝓpter diminutionē calidi absqꝫ lapsu graduali sicut quan do stōus ē tenuis rare texture: aut zirbus ē euulsus aut similes cāe: sint cibi ⁊ potus facilis digōnis tēperati aut aliquāl̄r ad cali dum declinātes quoꝝ q̄ztitas minoretur ⁊ sint aliquāl̄r stiptici. Et si ecōtra fuerit m̄ltitudo caliditatis absqꝫ lapsu graduali sint aliq̄ztulum difficilis digōnis ⁊ notabilis q̄ztitatis temperati aut aliq̄ztulum ad frigidū declinātes. Et Aui. in stō calido ꝓhibet ci bos subtiles ⁊ ꝓcedit grossos. s. carniū vaccinarū conditarū cū aceto. Potus aūt calidi ⁊ sic. sint sicut vinū vinosum vetus odo riferū: vinum aūt vinosum nouū ē calidum ⁊ humidū ꝓprie si dulcescit: ſꝫ vinū pauciferū acre est frigidū ⁊ siccum. Vinū autē pauciferū isipidū est frigiduꝫ ⁊ hu. Aqua mellis cū pauco pipe re ē calida ⁊ sicca notabiliter: sed simplex minoris ē caliditatis ⁊ siccitatis. Aqua hordei ⁊ aqua distillationis ꝑ arenam aut aliter bene cōditionata ē frigida ⁊ humida: sil̄r mista cū iuleb violac. sed vinū granatoꝝ acresta succus berberis limonū citri arantij sunt frigidi ⁊ sicci: qbus possunt vti in potu cū debita q̄ztitate aq̄ ⁊ possunt cū zuccaro dulcorari: frigidi ⁊ humidi sunt sicut succ prunoꝝ ⁊ cerasoꝝ acriuꝫ: herbe aūt qbus possunt vti declinan tes ad calidū ⁊ siccum sunt sicut menta ⁊ saluia serpillus rosma rinus feniculus petroselinum ⁊ silīa. Sed frigide ⁊ humide sūt

sicut lactuca endiuia cicorea portulaca cucurbita ⁊ silr̃es. Sʒ ca/
lide ⁊ humide sũt sicut borago ⁊ buglosa. Frigide ⁊ sic. sicut ace/
tosa plantago coriādrum. Ex granis frigidis ⁊ siccis sunt miliũ
panicum kisch fabarũ ⁊ lentium. Ex calidis ⁊ siccis cicera ⁊ ipo
rum kisch rizum. Sed calida ⁊ humida frumētum far. Frigida
⁊ humida kisch hordei ptisana hordeacea robilia. Ex carnibus
eligantur carnes auium ⁊ quadrupedũ bene cõditionate. s. que
sint boni chimi facilis digõnis paucarum sup̃fluitatum. Silue/
stres cõiter sunt sicciores domesticis lʒ quales sint superflue hu
miditatis ⁊ cõcedantur elixe in dyscrasia sicca: ⁊ assate in dyscra
sia humida. Ex piscibus similiter eligant̃ parui petrosi agiles de
gentes in aqs bene ꝯditionatis ⁊ habẽtes squamas. Qua con/
ueniũt nisi timeat̃ eoꝝ corruptio ad fetidum: ⁊ sint debite prepa/
rata ⁊ in stomacho valde calido melius ẽ vt sint dura ⁊ cum ali/
quo frigido condita. Lac optime conuenit in lapsu ad calidum
⁊ sic. nisi adsit febris ⁊ silr̃ caseus recens nõ salitus. Sed in dys/
crasia frigida ⁊ humida caseus antiquus conuenit modice q̃ʒti
tatis in fine mense ⁊ aliquādo parũ salsi in p̃ncipio butyrũ ⁊ ole
um sed maxime amigdalarũ dulciuʒ conuenit in dyscrasia sicca.
Sapores sicut piperata sinapismus ⁊ silr̃es conueniũt in dyscra
sia frigida ⁊ humida. Et sapor ex amigdalis ⁊ passulis in frigi/
da ⁊ sicca. Et sapores acetosi suprascripti qdam in calida ⁊ hu/
mida qdam in calida ⁊ sicca sicut facti ex prunis ⁊ marunata.
Fructus ꝯuenientes in cā calida in fine mense sunt pira ⁊ cydo/
nia cocta aut condita. Similiter diacytonitẽ ⁊ coriādruʒ semicõ
fectum. Sʒ in cā frigida: fistici: auellane parũ torrefacte ⁊ passu/
le ⁊ possunt concedi in fine mense ⁊ in p̃ncipio ⁊ diacydonitẽ cũ
aromatibus calidis in fine mẽse. Aromata aũt sunt illa de qbus
superius dc̃m est ⁊ maxime piper in cā frigida. Regule obser/
uande in cibatione sunt educto cibo corrupto p superius vel in
ferius p diem nālem a cibo abstineat ⁊ plire dormiat: deinde co
medat sed parũ ⁊ res nõ aptas corruptioni: ⁊ in p̃seruādo ⁊ cu
rando optime valet vt nõ comedat nisi p̃cedente cibi digestione
celebrata. Surgat a mẽsa cũ reliquijs famis: non multiplicẽtur
cibaria in mensa vna. notabiliter comedat anteq̃ʒ bibat deinde
satis frequẽter bibat vsqʒ ad finẽ mense: sit tamẽ potus ꝑportio
natus cibo. Et in fine mẽse sumat aliqd ꝯfortatiuũ oris stoma/
chi: sicut diacydoniten: aut simile ⁊ post ipm nõ bibat: nec bibat
extra horas cibationũ. Sit eius somnus multus ⁊ maxime no/
cturnus ⁊ sit cõtinuus ⁊ sufficiens. Somnus ẽt meridianus si/
bi cõceditur maxime a medio maij vsqʒ ad medium augusti ni/
si aliquid particulare obstet: sed nõ dormire incipiat nisi distan
ter a cibo p horā ⁊ dormiat p̃mo sup latere dextro vt meli⁹ cibus
ad fundũ descẽdat: secũdo super sinistro vt epar comp̃mat ipm
amplectẽdo cũ qnqʒ penulis suis: sic eniʒ melius adiuuat ad di
gestionẽ ⁊ tādem super dextro somnum compleat vt factus chi/
lus melius trāseat ad epar. Procuret oẽs euacuationes a natu
ra istitutas: Coitum nõ exerceat nisi nālr̃ multum stimulatus:
sed nullo modo imediate post cibum ⁊ tpe digestionis caueat a
sudore: exercitium ante cibum ꝯuenit post cibum qescat: Leuis
tñ deambulatio ꝯcedi põt nisi stõus sit valde debilis in quo ca/
su ois motus nocet imo vociferatio. Spes ⁊ gaudiũ moderatũ
sibi cõuenit: cetera animi accñtia vitāda sunt. Aliq tñ dicũt digõ
nem quartā melius cõpleri in vigilijs q̃ʒ in somno ꝑpter cõuer
sionẽ caloris ad exteriora tpe vigiliarũ. Et penes Aui. amplexa
ri infantem ꝑpinquũ ad lʒ vt polluat ꝑm longitudinẽ noctis est
de rebus magis iuuātibus ad digõnem. Et silr̃ catulũ canis aut
gattum masculũ nigrũ cuius ꝯtriuʒ habet̃ in de somno. ⁊ a Gal.
in de accidẽti. Nā ⁊ si minor calor sit in exteriorib⁹ tpe somni q̃ʒ
tpe vigiliarũ: est tñ tātus vt vna cũ eoꝝ complr̃one sufficiat ad di
gestionẽ quartā q̃ ẽ facilior q̃ʒ p̃ma aut scda. Preterea mem
bra itrinseca idigent vt digõ q̃rta in eis celebret̃: quoꝝ cura dʒ eẽ
maior absolute. Itaqʒ ad q̃ttuor digõnes magis adiuuat som/
nus q̃ʒ vigilia ⁊c. De dolore stomachi. Almāsor.

Dolor stõi q est sensus nociuus eiusdẽ multipliciter di
stinguitur aut rõne sue essentie q̃r aliqs ẽ grauatiuus
aliqs extẽsiuus: aliqs pforatiuus: aliqs pũgitiu⁹ aut
mordicatiuus: aut rõne loci q̃r aliqs ẽ in toto: aliqs ẽ in parte vt
in orificio eius vel in fundo ⁊ qlibet est intẽsus ⁊ remissus: con
tinuus ⁊ iterpolatus piodicus aut sine periodis. Cā cuiuscũqʒ
doloris imediata ẽ mala complr̃o diuersa aut solr̃o ꝯtinui recens
aut antiqua: sʒ mala complr̃o ẽ calida frigida sicca aut cõposita
sine mā̃ aut cũ materia calida mordicatiua adustiua aut frigida
phlr̃atica aut melr̃ica. ⁊ he materie faciũt dolorem aut alterando
aut soluẽdo continuũ aut extensiuũ: cũ continet̃ in loco amplo:
aut perforatiuũ cum ꝯtinet̃ in loco angusto sicut iter tunicas sto
machi. Apa aũt est vtroqʒ modo cā doloris cũ aggreget i se ma
lam complr̃onem ⁊ solr̃onem ꝯtinui. ⁊ dolor sequẽs ipm ẽ pungi
tiuus ⁊ mordicatiuus si pẽdeat a mā̃ acuta. Et extẽsiuus ⁊ gra/
uatiuus si pẽdeat a mā̃ multa ⁊ aliqñ pulsatiuus dũ maturatur
⁊ pũgitiuus ⁊ pforatiuus dum ẽ ꝓximus eruptioni. Cause autẽ
mediate doloris sunt duplices p̃mitiuẽ aut corporee: p̃mitiue q
dem sicut pcussio casus aut offensio stõi aut mẽbri sibi cõican
tis: sicut cerebrũ nerui aut intestina ⁊ silr̃ia. Aer frigidus: ventus
iordinatio in cibo ⁊ potu ꝑm aliquẽ modoꝝ. xij. in caplr̃o prece
denti positoꝝ: ⁊ sic de alijs sex rebus nõ nālibus incõuenienter
applicitis p̃cipue potus aque in hora nõ ꝯuenienti ẽ aliquādo
cā vehementis doloris. Corporee aũt sunt duplices p cõitatem
aut p essentiā: p cõitatem qdem aut a toto sicut in febrib⁹ aut cri
si aut a membro particulari sicut cerebro cõicante sibi aut abso
lute aut mittẽdo mā̃m catarralem. silr̃ a neruis ꝑm plr̃m cõitate
absoluta. Item a splene aut sup̃flue infrigidādo aut trāsmitten
do mā̃m melr̃icam: ⁊ ab epate ⁊ cisti mittẽtibus mā̃m cholericaʒ.
Item ab itestinis eleuatis vermibus: ventositate aut fecibus ad
stõm. Et p cõitatem a renibus sicut in dolore calculi: ⁊ ẽ ꝑm plr̃ʒ
cõitas absoluta. Item p cõitatem a matrice a retẽtione mẽstruo
rum. Item p retẽtionem sanguinis hemorroydalis fluere ꝯsue
ti: ⁊ breuiter stõus põt recipere sup̃fluitates a quocũqʒ membro
mediāte epate. Per essentiam v̾o cause doloris stõi sunt cause i
mediate doloris de qbus supra. s. mala complr̃o solr̃o continui ⁊
apata. Sed cā remotior frequẽter accidens est nocumẽtũ digõ
nis p quod corrumpit̃ cibus ad fumosum fetidũ aut acetosum
⁊ multiplicat̃ ventositas ⁊ phlegma p indigestionẽ q̃ oia dyscra
siando stõm aut extẽdendo sunt cā doloris. Mala quoqʒ digõ
cum debilitate expulsionis ẽ cā q̃ apa a stomacho p viaʒ paula
tine ꝯgestionis generet̃. hic aũt ponā causas quorũdam particu
larium doloꝝ freq̃nter ꝯtingẽtium. Sũt. n. aliq qui famelici icur
runt dolorem stõi ⁊ cũ comedũt sedatur: huius cā ẽ effusio ma
terierũ mordicantiũ ad stõm qñ vacuus ẽ a cibo: q̃ aliquādo sũt
melr̃ice acetose effuse ad os stõi splene p viam nālem cõsuetā: sed
nocent aut q̃r plures aut acetosiores q̃ʒ in dispõne nāli ꝯsueue
runt. Sʒ frequẽtius sũt colr̃ice effuse a cisti ad fundũ stõi p por
rum felleũ ad ipm terminatum in maiori q̃ʒtitate q̃ʒ debeat i dis
positione nāli. Ingt enim Auic. tolerare famẽ stõm putridis re
plet humoribus. Sedat̃ aũt post comestionem cibo comp̃mẽte
hos humores ad fundũ stõi: ⁊ forte extra pipileron: ⁊ hoc ꝯtin
git si nõ valde multe sunt: ⁊ in stõ illo sit facilis effusio cõtentoꝝ
in ipso ad itestina aut merito cõpositionis aut alteri⁹ dispõnis.
Scdo sunt aliqui qbus post tres aut quattuor horas postq̃ʒ co
mederũt ⁊ aliqñ post decimā horā icipit dolor ⁊ nõ sedat̃ nisi cũ
vomitu rei acetose: q̃ ẽ quoddā aggregatuʒ ex humore phlr̃atico
aut melr̃ico acri. ⁊ ex ipo cibo corrupto ad acetosum: aut cũ d̾scẽ
sione totali eius qđ in stõ ꝯtinet̃. Et aliqñ hic dolor remanet per
longũ tp̃s vtputa p diem nālez ⁊ supra. Causa aũt p̃mi ẽ melr̃ia
acris aut phlr̃a acetosum q̃ existẽtia in fundo stõi manent qeta:
Et scdi cā ẽ cholera manens silr̃ qeta in fundo stõi. Cũ aũt ci
bus sumit̃ ascẽdunt ⁊ cũ ipso pmiscent̃ ⁊ corrũpunt ipm. Seda
tur g̊ p̃mus cũ vomitu rei acetose. Et secũdus pẽdẽs a cholera
cũ descensu ipsius simul cũ cibo: est eni ꝓnior sua stimulatõe ad
hoc vt effundat̃ extra stõm q̃ʒ melācholia: remanẽt aũt sic lõgo
tpe: aut q̃r nõ vomitur aut q̃r non cõplete vomit̃ neqʒ cõplete de
scẽdit nisi post longũ tp̃s. Et aliqñ humor ibibit̃ aut apostemat
⁊ sic dolor diu pmanet. Tertio sunt aliq qbus accidit dolor stõi
cũ comedũt: ⁊ sedat̃ post digõnem ⁊ apud Auic. plurimi eoꝝ sũt
melācholici ⁊ patiẽtes melr̃iam mirachiam: cuius doloris cā est
ventositas eleuata a mā̃ melācholica. Sedat̃ aũt post digõnem
chilo simul cũ humore melācholico descendente ad itestina.
Quarto sunt aliqui q post cibationem icurrũt ardorẽ stõi cum

eructuationibus arsiuis tēdentibus in acetosū fm plurimum ⁊ sedatur post digestionē huius causa est corruptio cibi ad acetosum fm plurimū ⁊ aliqñ ad putridū vel fumosuz: ⁊ tunc eructuatio redolet odorē fumi aut rei fetētis. ⁊ p̄mus ardor tendens ad acetosuz pendet a mala cōplexione frigida sine materia aut cum materia phlegmatica acetosa vel melācholica non multa. Secūdus vero ardor a caliditate sine materia aut cuz materia calida fm plurimū cholerica corrūpente cibuz ad putridū aut fumosū ⁊ hoc est rarius. ⁊ aliqñ hoc cōtigit ꝓpter multitudinē comestionis aut iterationē eius absq̧ fame vera. ⁊ aliqñ ꝓpter comestionem rerum acetosarū aut acriuz in stomacho frigido aut calidorum acutarū in stō calido sicut alleoꝝ ⁊ similiuz. Huius ardoris ⁊ dolorum de quibus supra causa imediata pōt esse humor aut cibus corruptus necnō vapores ⁊ ventositates ab ipso eleuati. Quinto aliqui post somnū incurrūt dolorē stōi cuius causa est materia catarralis descēdēs ad stōm in somno ⁊ vomitu sedaꝶ materia catarrali cū eo expulsa. dolor stōi aliqñ ꝑmutatur ad cerebꝝ aliqñ ad neruos aliqñ ad cor aliqñ ad iūcturas ⁊ itestina.

**Signa:** Dolor stōi cognoscitur ex relatu egri. Similiter signa specierū distingūtur penes doloris per essentiam quibus nomina sunt imposita ex ipsa natura rei habenꝶ ex relatu eiusdē si cōpos mētis sit si vero nō: oꝫ ad notitiā earuz ꝑuenire ex notitia ꝓpriarū causarū cuiuscūq̧ doloris. Cogſcꝶ autē in qua parte stōi sit dolor similiter ex relatu egri. Si eniz est in ore stōi dolor est in parte superiori infra malū granatū ꝑ duos digitos ⁊ magis ledīꝶ appetitus ⁊ fortis adest singultus ⁊ aliqñ cōicatur dorso circa. xi ii. spōdilē eius que est xs incipiēdo a prima. Si vero sit in fūdo dolor est supra vmbilicū ꝑ duos digitos ⁊ magis leditur digō: ⁊ si dolor ē in ore ⁊ fundo dolor in ambobus locis sentitur ⁊ simul ledīꝶ appetit⁹ ⁊ digō. Sed nota ꝙ si dolor esset in parte anteriori stōi tactus inuenit dolorē. Si vo in posteriori minime nisi cū fortissima cōpressione. Distinguiꝶ autē dolor fundi stōi a dolore colon supequitāte ipsuz: q₂ in colica est fortis retētio fecū ⁊ vētositatū ⁊ cū educanꝶ subito sedaꝶ hec āt nō sunt in dolore stomachi: sed ecōtra vomitus sedat dolorem stōi parū cōferens in colica. Alie species doloris similiter cognoscunꝶ ex relatu egri ⁊ astātiū. Solutio cōtinui si recens sit vera ⁊ manifesta cognosciꝶ ex sanguine fluēte. Si vero antiqua ex sanie vomitu aut per secessū expulsa: aut reliquis signis lesionis stōi: sed mala cōplexio cū materia ⁊ sine mā cuiuscūq̧ generis cognosciꝶ per signa superius dicta in capitulo de vomitu ⁊ in capitulo de debilitate digestionis: superfluū eni esset eadē totiēs reiterare. Uentositas āt cognosciꝶ ex rugitu ⁊ eructuatione ⁊ q₂ ad eius expulsionē per superi⁹ aut inferi⁹ sequiꝶ doloris aleuiatio: ⁊ frequēter dolor ꝑmutatur. De apatib⁹ vero spāliter agetur in hoc capitulo. Cause p̄mitiue sunt sibi signa ⁊ q₂ quādocunq̧ similes cāe p̄cesserūt similis secutus est effect⁹. s. dolor stomachi: dolor āt aut ꝑ cōitatē a toto aut a mēbro ꝑticulari cognosciꝶ ex p̄cessione nocumētoꝝ totius aut mēbri cōicātis: cū quoꝝ augmēto augeꝶ ⁊ decremento decrescit ⁊ ablatione aufertur. Itē ex effectibus sequētibus nocumēta mēbri cōicātis qui sunt cā doloris stōi sicut exēpli gra in cōitate cerebri adsunt signa descensus catarri ad stōm ⁊ in cōitate splenis fluxus melācholie ad stōꝫ ⁊ sic de ceteris. Nocumētuz āt digōnis quod frequēter est cā doloris stōi cognosciꝶ ex dictis in p̄cedēti capitulo. Cognosciꝶ autem dolorē aut materiā eius ꝑmutari ad cerebꝝ neruos cor iuncturas aut intestina ex sedatione doloris stōi ⁊ aduētuz lesionis i mēbro ad quod fit permutatio. s. scotomie paralysis syncopis doloris iuncturarum colice.

**Pronostica:** Primū dolor stōi nisi sit pendēs ab vlcere aut apate fm plurimū curaꝶ: exigit tamen medicum diligentē ⁊ expertū. Secūdū. multa sensibilitas stōi cū defluxu materierū acutarū ad ipsuz est qñq̧ cā doloris intolerabilis ꝑducētis ad syncopi. Tertiuz. cū ꝑmutatur ad cor qñq̧ subito interficit. Quartū. cū ꝓlōgatur dolor stōi timendum est ne ducat ad apostema eius. Quintū. lꝫ dolor stomachi multiplicēꝶ in p̄gnātib⁹ ⁊ in quib⁹ mēstrua retinētur portēdit tñ aliqñ p̄focationē matricis materijs vaporib⁹ aut vētositatib⁹ eleuatis ad stomachū ⁊ ad diaphragma. Sextū. apud Aui. i libro mortis festine diciꝶ ꝙ qñ apparet cū dolore stōi sup pedē dextrū quoddā simile vesice moriꝶ patiēs in. xxvii. ⁊ ex signo illi⁹ est ꝙ appetit res dulces. Uesica eniz illa quam debemus credere esse phlegmaticā simul cū appetitu rerū dulciū. s. vehemētis dulcedinis arguit dolorē stōi pendere a phlegmate acetoso: stōus enim preternaturaliter dispositus appetit cōtraria. Sed crisis illa permutationis diminuta arguit virtutē debilē ⁊ materiā inobediētē ex quibus cū alijs malis signis que hic debem⁹ supponere arguendum est ipsum esse moriturū. Statuit āt sibi. xxvii. que est vna ex creticis morboꝝ tropicoꝝ licet possit mori ⁊ ante ⁊ post fꝫ diuersas circūstātias. Septimū signū est si hꝫ dolorē vētris. i. stōi ⁊ apparet sup supciliū eius vestigiū ⁊ bothor nigrū simile fabe deinde fit vlcus tunc ip̄e morieꝶ: ⁊ his quidē accidunt subeth ⁊ multitudo somni ꝓpter frigus sue egritudinis. Significaꝶ eniz ex his materiā huc facientē dolorē stōi esse frigidā ⁊ ꝑmutari ad cerebrū q₂ sequiꝶ subeth: fit āt bothor in cilio natura tēptante expellere materiā ascēdentē ad loca ignobilia: sꝫ cū nō possit ipaz nisi diminute expellere maior pars eius ad cerebꝝ ꝑmutata iterficit: vlceraꝶ vero q₂ licet radicaliter frigida sit adustione tamē ꝑticipat ⁊ forte magis facit subeth multitudine oppilādo qꝫ ꝓpꝶ frigus sue complexionis.

Almāsor

S I cū dolore stōi adsūt tribulatio ⁊ angustia ⁊ nausea egro aqua tepida i potu est tribuēda ⁊ vt vomat precipienduz. Et si hoc non suffecerit venter ex hiera picra soluatur. Que. R. pulueris ro. ru. spice mastic. xilobalsami carpobalsami cinamomi xilocasie assari oium ana. ʒ. v. aloes scrotensis duplum oium quod bene tritum misceas cum medicinis tritis ⁊ cum pāno sericino subtilissime cribellatis: quarum trituratio cum aloe secundo itereꝶ cui⁹ dosis sit a pōdere duoꝝ aur. vsq̧ ad. ʒ. ii. Egro quoq̧ quottidie detur panis in vino ⁊ succo mali granati infusus ⁊ in sirupo acetoso de cydonijs.

Jo. ar.

Diuidiꝶ hoc capl'm in quattuor partes. In p̄ma agit de dolore stōi ab hūore calido. In scd̄a qñ ē a ventositate ibi. Quod si cū dolore. In tertia qñ est ab apatibus ibi. Si aūt cum dolore In quarta parte dicit eē opus medico erudito ad curādū dolorem stōi ⁊ epatis in fine capl'i. ibi. Ad dolorē tamē stōi. Prima in quattuor. p̄mo ponit signa. scd̄o curam ꝑ vomitum. ibi. Egro aqua tepida. tertio per sol'onem ventris. ibi. Et si hoc nō sufficiat. quarto per dictam ibi. Egro quottidie. De duabus p̄mis pt̄ibus dicit si cū dolore stōi fuerit tribulatio. i. ꝯturbatio ⁊ anxietas stomaticha ⁊ nausea. i. iclinatio ad vomitus pēdentes. s. ab hūoribus calidis. s. cholera vitellina citrina prassina ⁊ sitibus egro aqua tepida ē in potu tribuēda. s. sex. ℥. aut circa: huic tñ posset addi aliqd aceti ad icidendū ⁊ magis stimulandū expulsiuam: aut. ℥. ii. oxymellis simplicis si humor eēt grossior ⁊ viscosior: et p̄cipiendū est vt vomat digitū aut pēnā in oleo tepido intictam multotiens imponēdo in gutture donec exquisite mā euacuetur. In tertia parte dicit ꝙ si hoc nō suffecerit ad curā doloris aut q₂ vomitus nō possit fieri: aut q₂ fact⁹ nō sufficit ad eradicationem māe vēter ē soluēdus cū hierapicra dādo ex ea a. ii. ʒ. vsq̧ ad. ii. aur. vna tñ. ʒ. aut vn⁹ aur. hominib⁹ regionis nr̄e cōiter sufficit. Et melius est vt ex hꝫ puluere ꝯficianꝶ pilule vt facilius sumi possint: descriptio hec nota ē: ⁊ oia igrediētia sunt calida ⁊ sicca p̄ter rosas ⁊ sunt stōꝫ ꝯfortantia: ⁊ nihil hic poniꝶ solutiuū nisi aloe. Et hꝫ hec hiera hꝫ p̄ncipiū apud Aui. i4. tertij capl'o d̄ cacesia vt educat supfluitates stōi reseruatis humiditatib⁹ inatis. Et ei⁹ cōferētia nō ē solū in eūone hūoris cholerici: sꝫ ēt phl'atici. ⁊ aliqñ hi pulueres cū melle ꝑmiscenꝶ in modū electuarij: ⁊ pōt exhiberi ex eo. ℥. j. ⁊ hūorib⁹ existētib⁹ imbibitis aut iuiscatis erit maior eius ꝯferētia qꝫ in forma pillularuz. Credo tñ ꝙ in dolore pendente a cholera pura sbtili magis obesset inflāmādo qꝫ iuuaret eūando. Detur itaq̧ in cholera grossa aut in cholera mista cuz phl'ate: imo ēt in phlegmate solo in stō natāte inuiscato ⁊ imbibito optime ꝯfert. In dolore aūt pūgitiuo pēdente a cholera subtili magis ꝯferret reubarbarū ⁊ myrobalani citrini: aut māna aut

casia cũ decoctiõe myrobalanorũ citrinorũ xilobalsami.i.ligni balsami carpobalsami.i.fruct⁹ balsami xilocasie.i.casie lignee cetera nota sũt. Ultimo ordinãs dietã dicit q̃ det panis infusus in vino.s.vuarũ: ⁊ succo mali granati ad cõtẽperãdũ caliditatẽ vini. ⁊ det ẽt panis infusus in vino ⁊ sirupo acetoso de cidonijs.i.facto ex succo cydoniorũ acetosorũ cũ dbita quãtitate zuccari ⁊ possunt hec oĩa ad libitũ invicẽ permisceri. Almansor.

**Quod si cũ dolore ructũ multitudo ⁊ extẽsio atq̃ singultus: egro electuariũ diacyminũ ⁊ diacalamẽtũ ⁊ alie cõfectiones que vẽtositatem dissoluere ꝯsueuere: que in caplo de colica noiabimus dãda erũt. Cibaria quoq̃ ei⁹ sint calagie ⁊ mutagenat cũ seminib⁹ vini veteris puri parũ bibat ⁊ vtat motu ⁊ ingrediat balneũ. Stomachus quoq̃ ex oleo d neridẽ vt diximus in panno inuoluto vaporetur. Jo.ar.**

In hac scda pte curãs dolorẽ stõi a vẽtositate. Primo ponit tria signa.s.ructuũ multitudinẽ extẽsionẽ.i.dolorem extẽsiuũ singultũ.s.sequẽtẽ vẽtositatẽ. Scdo dat medicinas dissoluẽtes vẽtositatẽ.s.diaciminũ diacalamẽtũ ⁊ cetera huiusmõi que dissoluũt vẽtositatẽ de quib⁹ in caplo de colica dicet sicut est electuariũ de baccis lauri: ante tñ horũ carminãtiũ exhibitionẽ ꝯueniẽs est vt precedat euo hũorũ ex quib⁹ vẽtositas generat vomitu aut secessu: ⁊ cibi sui sint sicut calagie.i.cibus qui fit ex pulmone corde ⁊ epate incisis minuti ⁊ cũ oleo frixis in quo post remotionẽ predictorũ ponit parũ aceti oua ⁊ parũ croci: mutagenat.i.cibus qui fit in caziola aut sartagine ꝯditus cũ seminib⁹ carminãtib⁹ vẽtositatẽ sicut anisũ ameos cyminũ ⁊ similia: parũ vini veteris potẽtis dandũ est ⁊ nõ in multa q̃ititate. Exerceat stõ ieiuno post cibum quiescat ingrediat balneũ.s.aereũ aut balneũ nãle aut artificiale carminatiuũ vẽtositatũ: nõ ãt balneũ aque simplicis. Stomachus quoq̃ vaporet cũ panno aut philtro infuso in oleo de neridẽ.i.de spica qui expssus optime ⁊ notabilit calidus stõ pluries applicet ⁊ hoc fiat stomacho ieiuno. ¶ Placet mihi gratia clarioris doctrine p° expedire materiã de dolore stõi ab omnib⁹ causis cõtingẽtib⁹ p̃terq̃ ab apatibus stõi deinde d apostematibus eius specialẽ faciã sermonẽ. Sed anteq̃ ordinẽ curã doloris stõi cũ ipse multotiẽs a vẽtositate cõtingat ⁊ sequat stõi inflationẽ placet de inflatione ⁊ rugitu aliqua sumati dicere. Est aũt inflatio extẽsio alicuius partis a vẽtositate in ipa cõprehẽsa manẽte qeta. Rugit⁹ vo ẽ sonit⁹ vẽtositatis in aliq̃ pte cõmote absq̃ ipsi⁹ expulsiõe q̃ si a stõ p os expelleret sequit eructuatio. Si vo ab itestinis p anũ sequit trula. Inflatio aũt distingui põt s̃m magnitudinẽ ⁊ paucitatẽ extẽsionis sz rugitus distinguit s̃m q̃titatem ei⁹ ⁊ dr̃iam sonorũ. Multiplicat eni ppter multitudinẽ vẽtositatis ⁊ loci angustiã ⁊ ex oppositis cãis paucificatur: ppterea multiplicat magis in itestinis subtilib⁹ q̃ in grossis aut stõ. Sz ex parte soni qr grauis ẽ sonitus: cũ ẽ in loco amplo sicut in stõ: aut in itestinis grossis ⁊ ẽ acutus: cũ ẽ in itestinis gracilib⁹. Itẽ aliqñ ẽ clarus cũ vẽtositati nõ pmiscet humiditas. Et ex opposita cã reddit nõ clarus: q̃propter claritas sonit⁹ in itestinis significat mũdificationẽ itestinorũ aut exsiccationẽ fecis. Quia cã immediata iflationis ⁊ rugitus ẽ vẽtositas: opus ẽ vt cãs vẽtositatis absoluamus. Cã aũt vẽtositatis in stõ ⁊ in itestinis ẽ dupler efficiẽs ⁊ mãlis: formalẽ ⁊ finalẽ philosophis relinquo. Et vtraq̃ ẽ duplex corporea ⁊ p̃mitiua. Corporea duplex p essentiã ⁊ p cõitatẽ. Cã ãt efficiẽs vẽtositatẽ ẽ caliditas diminuta: nã sexto d accidẽti ⁊ morbo ⁊ 3° colliget caplo p° ⁊ 13ª tertij caplo de inflatione: vẽtositas nõ a forti calore mltiplicat qr resoluit insensibiliter nec a forti frigore qr frigus p̃hibet eleuationẽ vaporũ ⁊ silr vẽtositates 20ª tertij caplo de causis diminutionis coit⁹ caliditas ⁊ frigiditas sũt ꝯtrie vẽtositati: ⁊ iõ in fortissimis calorib⁹ ⁊ frigorib⁹ in macrocosmo nõ apparet vẽtus. Silr ꝯtingit in corpore nostro qd nec in forti calore pp resolutionẽ insensibilẽ: nec in forti frigore p̃hibẽte s̃btiliationẽ: vapor aut vẽtositas generabit ⁊ si cib⁹ vl mã vẽtosabilis reperiat. Quapropter fit a caliditate me⁹ inter resolutionẽ ⁊ nõ agẽtez ita vt agat sz nõ resoluat vnde ex cibo vl hũore de se nõ vẽtoso dicta caliditas generabit vẽtositatẽ. Et ppter hoc in corporib⁹ egris vel sanis debilib⁹ multiplicatur vẽtositas ⁊ in fortib⁹ sanis minime vel parũ lz vtant reb⁹ vẽtosis. Cõtra in fortissimo calore sicut febriẽtiũ multiplicat vẽtositas q̃ positio falsa. Scdo si calor fortis ꝯuertit mãm in vaporez resoloni isensibili aptissimũ cũ nõ sit trãsitus de extremo ad extremũ sine medio erit deuenire ad mediocritatẽ s̃bẽ vẽtositati pportionatã. Tertio calori debili difficili⁹ ẽ ex humore vẽtositatez generare q̃ vẽtositatẽ genitã resoluere sz facit p̃mũ: q̃ faciet scdz quapropter nõ erit cã iflationis aut rugit⁹: sicut nec calor fortis. Quarto calor q̃tumcũq̃ diminut⁹ i corpe humano ꝯuertit humidũ in vaporẽ q̃ ⁊c. Assumptũ pbat qr cũ nullo calore corporis viuẽtis ẽ admista tãta frigiditas q̃ta reperit in aere hyemali ꝯgelãte sz tñ ille ꝯuertit humidũ in vaporẽ ergo ⁊c. Et ꝯfirmat qr in moriẽte tam in egritudinib⁹ acutis q̃ in chronicis mltiplicatur aliqñ vẽtositas vsq̃ ad finẽ vite in qb⁹ calor diminuit vsq̃ ad gradũ cũ quo nõ stat vita. Assumptũ manifestũ ẽ ex snia. A. in caplo de sinocha ⁊ expientia cõprobat in tympanite. Ad p̃mum dr̃ q̃ p calorẽ fortẽ nõ itelligit calor intẽsus: sz fortis iustitialiter q exigit tres ꝯditiones: p̃ma q̃ sit satis itensus: scda q̃ sit cũ notabili multitudie caliditatis: tertia q̃ sit forme humane bñ pportionatus cui⁹ ẽ instrm: talis aũt nõ ẽ calor febriẽtiũ. Ad scdm dr̃ q̃ fiet trãsitus a s̃ba humoris ad s̃bam vaporis p medium pportionatũ gnãtioni vẽtositatis: Et ꝯñter q̃ vẽtositas generabit si mã illa erit pportionata gnãtioni vẽtositatis sicut phls aut melia aut multi cibi de qbus ifra: sz tñ illa vẽtositas que erit mediũ trãsitus ita cito in vaporẽ ꝯuertet ⁊ resoluet vt nõ possit facere inflationẽ aut rugitũ cui⁹ ꝯsideratio ptinet ad medicum. Ad tertiũ negat maior ⁊ dr̃ q̃ lz sit maior distãtia iter s̃bam hũoris siue cibi ⁊ s̃bam vẽtositatis: q̃ iter s̃baz vẽtositatis ⁊ vaporis tñ mẽbrũ calidũ ppter meliorẽ applicationẽ ad cibũ vel humorem q̃ ad vẽtositatẽ in ambitu alicui⁹ receptaculi ꝯtentã: põt facere p̃mum ⁊ nõ scdm: sunt ẽt alie rõnes quas gr̃a breuitatis omitto. Ad quartũ dr̃ q̃ calor q̃tumcũq̃ remissus in iuuẽtute ꝯuertit humidũ in vaporẽ generãdo ipm ex parte aquea. Ex q̃ tñ nõ seqtur q̃ debeat generare vẽtositatẽ q̃ generat ex pte grossa terrea alicui⁹ cibi vel humoris sicut nec in macrocosmo tẽpore magni frigoris generat vẽtus: lz generet multitudo vaporuz aut si in corpore nr̃o generet vẽtositas illa eẽt modica non apta facere iflationẽ aut rugitũ a medico ꝯsiderãdũ. Uẽtositas nãq̃ generat ex parte grossa terrea: vapor aũt ex parte aquea sz exhalatio ex pte ignea ⁊ aerea. q̃propter ceteris parib⁹ difficili⁹ ẽ ventum q̃ vaporẽ aut exhalationẽ generare. Et ad ꝯfirmationẽ dr̃ q̃ in multis egritudinib⁹ generat vẽtositas vsq̃ ad finẽ vite: imo ẽt post finẽ vite: nã corporea putrescẽtia multotiẽs itumescunt: ⁊ p calorẽ putredinalẽ vaporib⁹ ⁊ vẽtositatib⁹ eleuatis ⁊ sub cute ab ei⁹ densitatẽ retẽtis ⁊ ꝯñter seqtur q̃ calor tendẽtis in mortem põt intẽdi cũ putrefit: ⁊ ꝯñter negat q̃ in hoc casu diminuat: imo intẽdit sicut qñ hõ ẽt cõbureret itendit ad gradũ cũ quo nõ stat vita. In moriẽte aũt ex tympanite credo q̃ vẽtositas nõ generet ppter finẽ vite ob defectũ caloris. Scda cã vẽtositatis sũt cibi ⁊ pot⁹ nãliter vẽtosi: qr in ipsis ẽ humiditas extnea sicut vinũ dulce turbidũ. Itẽ oẽs herbe recẽntes. Itẽ oẽs fruct⁹ humidi: ⁊ ex nõ humidis sũt auellane ⁊ castanee. ⁊ ex piscib⁹ cancri ⁊ oia ꝯchilia. ex leguminib⁹ fabe faseoli cicera lẽtes: itẽ mel. ꝯtingit ãt q̃ aliqñ cibus sit vẽtosus sz velox mot⁹ eius de stõ ad itestina vl de itestinis ad epar aut velox descẽsus ei⁹ ad ex̃ facit q̃ nõ multiplicet ex eo vẽtositas nisi forte modica. Tertia cã ẽ res supueniens debilitãs digõnem dato q̃ in se sit fortis neq̃ sũpta sit res vẽtosa sicut potus aq̃ frigide mot⁹ iordinat⁹ coitus accñtia animi molesta. Et multotiẽs fit frigus supueniẽs corpori exterl⁹ cã iflationis ⁊ rugitus vẽtositatis ex q̃ replet corpus: ppterea qr debilitat caliditatẽ operãtẽ in mã ⁊ facit opationez ei⁹ mediaz.i.diminutã a cõplemẽto digõnis ei⁹ cui⁹ opatio ẽ digõ humiditatuz ⁊ medietas opationis ẽ vaporatio. Quarta cã ẽ aliqñ cibus calidus ⁊ pprie suscept⁹ in stõ calido q patiẽs a caliditate iproportionata p̃ter modũ euaporat aut forte ipe sui caliditate aliquas humiditates qbus obuiat in vapores grossos ⁊ vẽtositates cõuertit: vnde piper cyminũ allea ⁊ hmõi sunt freq̃nter cã multiplicate vẽtositatis. Quinta cã ẽ vacuitas stõi a cibo vñ calor nõ in

geniēs cibū circa quē se cōuertat cōuertit sup humiditates q̄ sūt in stomacho vel intestinis ipsas cōuertētes in fumū: vapores ⁊ vētositates, ꝓpterea in fame multi icurrūt torsiones rugit⁹ ⁊ eructuationes ⁊ quādoqꝫ inflationes ⁊ quādoqꝫ ꝓpter caliditatem expeditā a cibo mouent virtutes nāles ⁊ mouetur aer effusus in spacijs: ⁊ mouet cū eo residuū vapoꝝ humiditatum ⁊ ē sicut vētositas. Sexta cā sunt egritudines splenis ⁊ multiplicatio melie que ventosat ⁊ facit rugitū ⁊ inflatione tam stō pleno q̄ȝ vacuo: ⁊ est deterior vētositate phl'atica lȝ vētositas phlegmatica sit pluris euentus. Quod aūt melia ventosetur habetur tertia ꝓblematum, ꝓblemate pmo ⁊ quarta ꝓblematum ꝓblemate tertio et ad hanc reducitur melia mirachia que ē cā multiplicationis vētositatis: tū debilitando digestiuam: vnde cibus ventosat: tuȝ q: melia precipitat ad stōm ⁊ intestina ex qua vētositas generatur. Septima cā est multiplicatio phlegmatis in stō ⁊ itestinis quod ventosatum ē cā rugitus ⁊ inflationis ⁊ vehementis doloris stomachi ⁊ intestinoꝝ. Cholera ēt grossa ventosari pōt sed minus q̄ȝ melia ⁊ melācholia rarius q̄ȝ phlegma lȝ vētositas melāchollca ceteris sit deterior. Cause aūt corporee remotiores sunt debilitates digestionis male compl'ones vlcera apata oppilatiōes raritas texture ⁊ similia. Et cause pmitiue sunt inordinatuȝ regimen in sex rebus non naturalibus ⁊ annexis cuius rememoratio in curis iam dictis precessit.

**Signa:** Inflatio ⁊ rugitus cogscunt ex relatu egri. Sed cause sue si sint pmitiue sicut cibi inflatiui potus aque ⁊ similia cogscunt q: scit q̄ cibi illi sūt inflatiui ⁊ q̄ qñcūqꝫ sumunt sequit inflatio ⁊ rugit⁹: ⁊ sic de singulis causis pmitiuis ⁊ q̄ bono regimine obseruato non sequit huiusmōi. Itē q̄ hec accidētia sūt leuia ⁊ facile sedant vt puta homine eructuāte bis aut ter: diuturnitas āt caloris cognoscit p lesionē digōnis etiā bono obseruato regimine: hūores āt peccātes q sūt mā vētositatū cognoscunt p ipsoꝝ expulsionē vomitu aut secessu: per saporē eructuationis ⁊ alia signa sepe suprius dicta. ⁊ apud Aui. dia iter inflationē melācholiā ⁊ illā q̄ ē ex hūorib⁹ malis crudis ē q̄ inflatio melie ē cum siccitate: ⁊ alia cum humiditate.

**Pronostica** apud Aui. Primū qñ m'tiplicat inflatio in vētrib⁹ qualescētū indicat querfionē recidiuā: significat. n. dbilitatē digestionis: vl' mās vētosa biles quoꝝ quodlȝ sufficit ad recidiuā: mō nō fuerit ex pte ciboruȝ. Secūdū plurimum egritudines Almeriachiati. i. mirachꝫ mesenterij sequit vehemētē caliditatē stōi ⁊ oppilationes viarū cibi ad corp⁹: quare reddit ⁊ retinet in ptib⁹ stōi ⁊ corrupt⁹ facit eructuationē acetosā: ⁊ accidit vomit⁹ stupefaciens dētes cibo acetosato simul cū melācholia euomito pcipue si cōicat splen ⁊ est egestio hūida. i. liquida chilo nō potēte transire ad epar ⁊ in grossat sanguis: q: tēdit in melācholicū: ⁊ qñqꝫ ē illic apa faciēs vaporē melācholicū ⁊ facit euenit meliā q̄ dr mirachia. Ubi vo esset vehemētia caliditatis stōi: ⁊ splen nō cōicaret fieret potius corruptio cibi ad fumosuȝ. Cura doloris stōi a mala cōplexione sine mā curat cū 3rijs exterius ⁊ interi⁹ applicitis tā cibalibus q̄ȝ medicinalib⁹. Ex herbis ḡ in calida cōcedunt lactuca endiuia portulaca cucurbita ⁊ similes. Ex granis miliū paniciū hordeū spelta lētes ⁊ similia aut ibsoꝝ iusch. Ex carnib⁹ alcubugi. i. pdices ⁊ alduragi. i. turturis ⁊ similes. Ex piscib⁹ pui petrosi ⁊ similes bñ cōditionati ⁊ ꝓprie elixi in aceto ⁊ cōcedit lac ⁊ ꝓprie acetosū ⁊ marie de q̄ extctū ē butyrū. Itē ꝓcedit aq̄ frigida ⁊ ꝓprie his q̄ ex potu ei⁹ ledi nō cōsueuerūt ⁊ nō cōsuetis aq̄ volētib⁹ potare vinū dat apud Rasis pmistū cū vino granatoꝝ: aut cum sirupo facto ex succo cydonioꝝ acetosoꝝ. Ex medicaminibus cōuenit sirup⁹ acetosus simplex rob de acresta de cidonijs de granatis ⁊ similia satis nota. ⁊ ex trociscis trocisci de spodio ⁊ similes ⁊ exteri⁹ frigida applicent. ⁊ si pēdeat a frigiditate calida actu ⁊ potētia interi⁹ ⁊ exteri⁹ sūt applicāda sicut diagalanga diatrionpipeon ⁊ silia. Si vo a siccitate humecter q̄litatiue ⁊ substātifice interi⁹ ⁊ exteri⁹: ⁊ balneū aq̄ dulcis ē queniēs ⁊ pot⁹ vini eiusdē āni notabilit lymphat⁹: ⁊ lac ⁊ iura piguia pulloꝝ queniunt ⁊ similia. Si vo pēdeat a mala cōplexione cū mā aliūde stō cōicata exigunt sex intētiones. Prima euacuat. Scda diuertit. Tertia regit mēbꝝ mittēs. Quarta stōm suscipiētē. Quita curat accidētia. Sexta ordinat dbitū regimē. Ubi vo dolor sit p essentiaȝ in stō solū exigunt qnqꝫ ex suprascriptis: nō. n. op⁹ ē regere mēbꝝ mittēs ⁊ hec intelligunt vbi dolor nō sit tant⁹ vt ordinē cure puericet sȝ vbi modū excederet: Pria itēno ē doloris sedatio q̄ sedato rect⁹ ordo curationis psequēdus ē ȝ intētionē suprascriptā q̄ dolorē vere sedāt cās remouēdo. Dolor vo si fortis ⁊ intolerabilis fuerit ab initio: sedat cū anodinis sic cū sacculis ex florib⁹ camemille meliloti roꝝ apsinthio ⁊ similib⁹ q̄ sacculi pnt calefieri sup latere calido aspso vino: ⁊ stō applicari: aut infūdātur in aq̄ calida cui parū vini sit admistū ⁊ expssi dbite calidi stō applicent. Silr sacculi ex furfure atrimēto milio ⁊ sale sūt pstantes ⁊ ꝓprie si vētositas sit in cā: vesice q̄ȝ plene dcoctōne huiusmodi anodinoꝝ dbite calidā sr pstātes. Silr philtra in ea infusa ⁊ expssa sup toto stō applicita: op⁹. n. ē vt magnā pte occupēt vnctiones quoqꝫ ⁊ emplastra eiusdē intētionis post fomētationem applicite sūt pstātes. Sed his nō sufficiētib⁹ ad sedationeȝ denr stupefaciētia: sicut in cā frigida filoniū a. ȝ. f. vsqꝫ ad vnam cum pauco vino suaui distēperatū. ⁊ in cā calida tridē regei describptione Nicolai cū aqua zuccarata distēperata aut vna pilula de cynoglossa: frequēter cōsueui cōiungere stupefaciētia cū solutiuis: vt simul vera cura ⁊ mēdosa pficiat sicut. ȝ. f. pilularū de cynoglossa cū. ȝ. ij. alefanginarū i cā phlegmatica aut cū tridē aloes loti i cholera grossa aut mā mista ex cholera ⁊ phl'ate aut cum. ȝ. ij. pilularū indarum in melica. ⁊ si nō haberent pilule d cynoglossa ponant cū suprascriptis. g. ij. opij ⁊ tātūdē croci aut castorei. Silr possemus cōiungere medicinas ligdas sic filoniuꝫ cum diaphinicone ⁊ similibus sm desiderium patientis.

Sed ꝓ cura ordinaria pmo debemus ordiri ab euōne: ḡ premittat clistere lenitiuū si fuerit stipticus: postea pcipiat vomitus si nauseauerit: ⁊ sit facilis ad vomitū: hic. n. ē pmptior ad educēdū mās q̄ sunt in stō q̄ȝ vētris solo. Nō tñ inchoād ū ē cū fortibus sed cū leuib⁹ sicut cū ipositione digiti aut pēne in ore aut cū sūptione aq̄ tepide cū aceto aut oxymelle simplici ⁊ silibus semper adiuuādo cū ipositione digiti aut pēne in ore ⁊ hoc nō sufficiēte ad curā: soluat vēter cū leuib⁹ si mā stō nō aliūde cōiceturr sicut cū casia māna aut reubarbaro mā exnte cholerica subtili.

Si vo cholera fuerit grossa aut fuerit cholera mista cū phl'ate soluat cū hiera picra aut in forma pillularū: aut in forma electuarij pcipue si fuerit imbibita aut iuiscata. Et phl'a cū pillulis alefanginis aut stomaticis. Et melia cū sene ⁊ epithymo ⁊ myrobalanis indis. Si vo mā aliūde deriuet soluat cū fortioribus ꝓprijs tā mēbro mittēti q̄ȝ recipiēti ⁊ cū hoc eligētib⁹ mām peccantē sicut cerebro aut alijs mēbris cōicantib⁹ mām cholericam dent pillule auree: sȝ miste cū tertia pte myrobalanoꝝ citrinoꝝ. Aut mā exnte phl'atica pilule cochie aut hiera cōposita. G. ⁊ possūt pmisceri cū myrobalanis kebulis ⁊ diaphinicon ē ad hāc intētionem. Et si mā fuerit mista dent pillule aggregatiue ⁊ mā exnte melica pillule ide qbus pōt pmisceri myrobalani indi in modica q̄titate: semp. n. cū bis exoluētib⁹ dȝ misceri in dispōnibus stōi aliqd stipticū stōi pfortatiuū ne facile recipiat mām aliūde ad ipm veniētē sicut reubarbaꝝ myrobolani ⁊ silia: ē ēt meli⁹ in pn⁹ nondū digesta mā icipere cū medicinis bñdictis leuiter soluētib⁹ nisi vēter difficult soluat. Digestiua āt in mā cholerica sbtili sūt sicut sirup⁹ de acresta d granatis de cydonijs acetosis cū aq̄ endiuie marie vbi epar cōicet. Et in cholera grossa aut cholera mista cū phl'ate sirup⁹ acetosus oxymel simplex: sirupus d mēta d apsinthio cū aqs endiuie apsinthij ⁊ silluȝ. ⁊ mā exnte valde grossa aut viscosa oxymel cōpositū sqlliticum cū aq̄ apsinthij praxij ⁊ silium. Et in mā frigida nō viscosa mel ro. Sȝ in mā melancholica sirupus de epithymo ⁊ de fumo terre: si fuerit adusta cū aqua buglosse scolopendrie ⁊ silium. Sed digesta materia eradicetur cū fortibus. Phlebothomia aūt conceditur vbi timetur aduentus apostematis aut vbi sanguis esset in cā sed maxime fiat ex vena deseruiēte mēbro mittēti. Si vo nullū esset mittens fiat ex basilica. Scda vo intentio. s. diuersio perficitur cū fricationibus ligaturis vētosationib⁹ clisteribus caputpurgijs ⁊ sic de singulis diuertentibus tam a mēbro mittēte q̄ȝ incipiēte. Tua aūt interest eligere diuersiones ꝓprias sm vnūquodqꝫ mēbrū mittēs tā cū euōne q̄ȝ sine. Clysteria tamē sunt

cōis iuuamenti tam respectu stōi q̄ȝ respectu cuiuscūqȝ mittētis.
Tertia aūt itentio.s.regimen mēbri mittētis tribus perficit.s.
euōne sibi ppria.vnde si matrix pter retentionē menstruoꝝ fue
rit in cā puocentur nisi sit p̄gnans. Quod si p̄gnans fuerit edu
cantur māe a matrice ad stōm deriuate vomitu aut secessu:neqȝ
ꝯstringantur in stō sicut pleriqȝ faciūt ꝑpterea clisteria abstergē
tia ⁊ lenītia ꝯueniūt:⁊ sumat in potu sirupū acetosūȝ zuccarinū
aut mellinū. Cauendū tamē ē a phlomia q̄ȝtuȝ ē possibile ⁊ me
dicinis exoluentibus ⁊ puocantibus in ceteris pcedatur sicut in
nō p̄gnantibus. Similiter sanguis hemorroydalis puocetur si
eius retētio fuerit in cā ⁊ sic de ceteris. Qualiter aūt a matrice et
singulis mēbris mittētibus debeāt euari: patuit in p̄ma intētiōe.
secūdo remoueant nocumenta membroꝝ mittētium.s.male cō/
plexiones cū iterius vel exterius applicitis ꝑm exigētiā ⁊ oppila
tiones ⁊ sic de ceteris nocumētis ⁊ cū eisdem virtutes ipoꝝ con
fortētur. Quarta aūt intētio.s.regimē stōi recipientis pficitur
p̄mo euacuādo cōtenta in eo vomitu aut secessu si fuerit cā dolo
ris. Secūdo dyscrasiam eius corrigēdo ⁊ simul ipm confortan
do cū pprijs moderata stipticitate participantibus. Tertio do
lorem sedādo cū anodinis aut stupefaciētibus de qbus antea
parum dictū fuit: inferius aūt describam ppria ad hāc intētionē.
Curent aūt accidentia iuxta qntam intētionē.s.instantia vigi
liarum syncopis ⁊ silia ꝑm ipsoꝝ exigētiam sicut dcm̄ fuit in ca/
pitulis pprijs. Sed p sexta intētione.s.regimine sex rerū non
nālium declinet aer in ꝯtrium dyscrasie: stomachus tñ satis cali
dus teneat sicut ē necessarium in passionibus membroꝝ neruo
soꝝ: magis tñ in dyscrasia frigida q̄ȝ calida. Siſr cibus ⁊ potus
declinet in ꝯtrium dyscrasie ⁊ sit paucus in quantitate boni chimi
paucarū supfluitatum facilis digōnis velocis penetratiōis ⁊ gu
stui delectabilis ⁊ pprius in ꝯfortatione stomachi ⁊ sedatiōe do
loris eius sicut pellicule itrinsece stomachoꝝ gallinarū ⁊ nō co
medat aut bibat nisi p̄cedente cibi digōne celebrata nō tñ famē
toleret p̄cipue si a cholera vel melia contigerit. Somnus sit pli
rus ⁊ dormiat quādo pōt: maxime enim iuuat in sedatione do/
loris. pcurentur euōnes a natura istitute: ⁊ venter teneat potius
lubricus q̄ȝ strictus. Nō coeat nisi nāliter multum stimulatus.
Exercitet stomacho ieiuno. Post cibum qescat: sit sperās ⁊ gau
dens: iram tristitiā timorē ⁊ huiusmodi accītia molesta fugiat.

**Cura** doloris vētosi. Exigit quattuor intētiones: Prima
remouet causam tam factiuā q̄ȝ cōfortatiuā ventosi
tates. Scđa vētositatē carminat ⁊ stōm cōfortat. Tertia corrigit
accidētia. Quarta ordinat debitū regimen. Si ergo causa ven
tositatis fuerit debilitas innati caloris cōfortetur cū exterius ⁊
interius applicitis: sicut cū pellib⁹ ⁊ sacculis stō applicitis d qui
bus supra in debilitate digestiue. Cauendū tamē est maxime cū
corpus est extenuatū ne preter modū calefiat: lȝ eni forte calor
intenderet gradualiter forte diminueret in q̄ȝto ⁊ humido ⁊ spi
ritibus resolutis: ⁊ sint hec calida ꝯfortātia tam ppietate q̄ȝ sti/
pticitate tēperata: sicut vinū bene ꝯditionatū aromaticū ro. dia
galanga ꝯfectiones magne sicut tyriaca ⁊ mithridatum. Si vo
cā fuerit cibus ⁊ potus vētosabilis aut potus aque ⁊ silia extrin
seca remoueant ⁊ inducat regimen ꝯtrium. Et si appetitus egri
fertur in cibū sua frigiditate nocentē corrigat cum calidis carmi
nantibus ventositatē sicut diagalanga diacyminū sumptum in
p̄ncipio mēse. Aut ipse cibus corrigat cum aromatibus calidis:
sicut galanga pipere.ʒȝ.ſ. similibus. ⁊ econtra si cibus esset cali/
dus sumendus in stō calido sumant in p̄ncipio mense diarodō
triasandalos ⁊ similia. Aut corrigat cibus calidus cum acresta
vino granatoꝝ ⁊ similibus: ⁊ si cibus sit habens humiditatē ex/
trinsecam paulatim exiccetur in vmbra aut sole ꝑm q res exiccā
de habent plus aut minus de humiditate extranea: ⁊ ꝑm diuer/
sum modū sīe. vnde vue ⁊ fructus exsiccent in sole: lȝ rose ⁊ vio
le ⁊ silia tenuis sīe exsiccent in vmbra. Si vo cā vētositatis fue
rit cibus calidus agēs in humiditates in stō aut intestinis reper
tas: aut qr calor in stō vacuo a cibo expedite ꝯuertit se circa eas/
dem aut qr vapores humiditatū coniunguntur cum aere etiaȝ
a calore cōmoto: opȝ illa supflua a stō ⁊ intestinis euacuare: po
stea dyscrasiam stōi ꝑm exigētiam corrigere. Si vo cā ventosita/
tis fuerit materia in stō congesta euacuetur vomitu aut secessu.
Si vo fuerit aliunde ad stōm deriuata curetur sicut dictum fuit
supius in cura doloris stomachi a mala cōplōne cum mate/
ria aliunde deriuata. Scđa intētio.s.carminatio ventositatis
⁊ ipsius eductio perficitur p̄mo leniēdo ventrem vt sit via libera
vētositati cū clisteri ex brodio pingui oleo cōmuni aut anetino ⁊
ij.℥.mellis: aut exhibeat.ʒ.j.pilularū alefanginarū aut de hiera
simplici postea carminetur vētositas exhibēdo diacyminuȝ dia/
galanga diatriompipereon electuariuȝ de baccis lauri: aut exhi/
bendo decoctionē ameos cymini siseleos rutte baccarum lauri
galange carui dauci anisi ⁊ silium cū melle ro. aut oxymelle ⁊ pil
lule iste sunt ꝯstantes simul soluentes ⁊ carminātes ventositatē
℞.pillularū alefanginarū.ʒ.ſ.specierū diacymini galange casto
rei ana.℈.ſ.formenī pillule ⁊ exhibeant stomacho ieiuno. Simi
liter galanga.ʒȝ.aristo° ro. zedoaria singulariter aut ꝯiūctim cū
vino potenti antiquo exhibita.s.a.ʒ.ſ.vsqȝ ad vnam cū.℥.j. vini
suprascripti. Et castorei a.℈.j.vsqȝ ad.ʒ.ſ.cū pauco aceti potatū
aut cum pauco oxymellis p̄pinatū ē mirabile. Ex applicitis ex/
terius ē vnctio ex oleo rutaceo de spica laurino de lrerua ⁊ simi/
libus aspergendo sup locum inunctū aliquē ex pulueribus su/
prascriptis vel cū oleis suprascriptis cōmiscendo. Et cum oleis
suprascriptis aut decoctione rerū suprascriptarū carminātū vē/
tositatem pōt stomachus fomētari cum philtro spongia lana et
similibus in suprascriptis oleis aut decoctione debite calidis in
fusis debite exp̄ssis ⁊ applicitis postq̄ȝ applicationem ter aut q̄r
ter vngatur cū aliquo ex suprascriptis ⁊ emplastrū de baccis lau
ri ē in hac dispositione pprium. Item cū melle ⁊ lana grosso mo
do incisa: ⁊ pluribus suprascriptis carminantibus ventositatem
Coliria quoqꝫ in textu descripta sunt ad hoc multū efficatia potes ēt si placet facere coliria minus acuta si. ℥. ij. mellis addatur salis gēme. ʒ. ij. stercoris muris. ʒ. j. Et in summa multa talia sicut scamonea collogntida helleborus turbith ꝛ silia possunt cū melle icorporari ꝛ fieri coliria ꝓm exigentiā. Auic. facit spāle ca. de clisteribus educentib⁹ phla ꝛ humores viscosos. Silr potest fieri minoratio cū solutiuis sumptis p os sꝫ ɔsulo vt incipias a leuiorib⁹ sicut a pilulis alefanginis quarū exhibeat. ʒ. j. aut. ʒ. j. ß. p vice: quaruꝫ forte tardabit solutio p. xxiiij. horas. ꝛ silr aloe solū sucotrinū sumptum in eadē dosi ē efficax ꝛ nō fallit sil' educens phla ꝛ cholerā. Itē pilule stomatice. Sed magis ɔfido in alefanginis ꝛ aloe: ꝛ fortiora his sunt hiera cōposita diaphinicō electuariū de algaliꝫ descriptū in textu electuariuꝫ indum: pilule aūt fortes sunt sicut fetide. item pilule iliace posite a Rasi i textu ꝛ sunt fortissime. Tertia vo intētio ē digestio pficienda in mā phlatica cū oxymelle simplici oxymelle cōposito oxymelle sqllitico si fuerit multū viscosa ꝛ cū melle ro. sirupo de apsinthio ꝛ ð

calamẽto si fuerit minus viscosa: aque autẽ sunt sicut apsinthij
feñ apij. ⁊ aliqñ bullimus cinamomi anisozũ añ.ʒ.ij. in duab⁹
℔. aque ad cõsumptionẽ tertie partis ⁊ vz in phlegmatica ⁊ ven
tosa. Digerimus quoqȝ cũ electuarijs sicut diacimino diacina
momo diabra diacalamẽto tiriaca metridato ⁊ alijs cõfectioni-
bus magnis ius autẽ galli decrepiti simplex aut cõpositũ factuz
ſm artẽ Mesue est simul digestiuũ ⁊ euãtiuũ. Quarta intentio
est eradicatio multis cõpleda vicib⁹ ſz exigẽtiã multitudinis ita
vt euacuatio fit pro vnaquaqȝ vice parua sed reiterata. Et cõple
tia hanc intẽtionẽ sunt iaz dicta in scd̃a intẽtione. est tñ semp tuti
us vt cũ leuib⁹ pcedas dũmodo educat satis sufficiẽter. Inter
cetera pstãtissimuz solutiuũ est terebẽtina: cõfert eniz oibus mẽ
bris neruosis sicut in dolorib⁹ arteticis dolorib⁹ stõi matricis in
testinorũ a causa phlegmatica vide Aui. 1° canonis capl'o pro-
prio. Uerũ qz debilitat stomachũ attẽdat eius cõfortationi cum
capparib⁹ mẽta ⁊ similib⁹. Modus aũt exhibẽdi ipsaz e qp icho
etur a parua qñtitate sicut ab ʒ.s. ⁊ aliqui inuoluũt ipsaz in zucca
ro trito ⁊ deglutiũt aliqui vero abluũt os suũ cũ aqua aut vino
deide habẽt ipsaz natãtẽ in vino vl aqua ⁊ sorbẽt ipsaz gutture
aperto: aliqui inuoluũt ipsaz in hostia vl scaleta infusa in vino
vel aq̃ dinde sequẽti die dent. vj.ʒ. ⁊ 3° die.ʒ.j. ⁊ vltra pcedat ſm
oportunitatẽ que sequit ex ea hec ẽt intẽtio cõpplet cũ clisterib⁹
de quibus supra. Quĩta intẽtio est mitigatio doloris quam ab
ipso initio cõplere oz si necessitas istat. Sed Aui. dat cañ. qp val-
de errat qui a pncipio approximat narcotica materia existẽte fri
gida qz nõ abscindũt cãz doloris: imo augẽt ⁊ cõfirmãt qz si hu
mor est grossus fit grossior scd̃o si cõplexio est frigida fit frigidi
or si vẽtositas est spissa fit spissior ⁊ augetur oppilatio. ⁊ tandem re
dit dolor fortior qz pus. Quapropter opz vt narcotica postpo-
nant quãtuz est possibile. ⁊ tẽtet doloris sedatio alijs modis ⁊
pprie cũ his q cãz abscidũt. Modi ãt pter stupefactiua sũt quat
tuor. Primus cũ clisterib⁹ educẽtib⁹ hũores ⁊ carminãtib⁹ vẽ
tositatẽ q ab illis hũorib⁹ eleuat q debẽt ſz exigentiã doloris re
iterari quoz multa posita sunt superius in intẽtione pma ⁊ scd̃a
⁊ multa ponent inferius in colica vẽtosa. Sed sint anodina leni
tiua hũoris eductiua ⁊ vẽtositatis carminatiua intestinorũqȝ cõ
fortatiua vt. ℞. olei anetini.ʒ. octo. vini albi potẽtis.ʒ.iiij. zucca
ri rubei.ʒ.ij. misce ⁊ calidũ imponat ⁊ diu retineat vel istud. ℞.
malue bismalue brãce vrsine mercurialis añ. M.j. cacaricarum
pinguiũ numero. x. se. fenugreci se. lini se. aneti añ.ʒ.j. furfuris
pugillũ. i. bulliat in quĩqȝ. ℔. aque ad cõsuptionẽ medietatis ⁊
colet de q decoctione accipiat. ℔.j. mellis olei sisamini añ.ʒ.j.s.
salis gẽme.ʒ.j.s. flor casie.ʒ.j.s. bñdicte hierepicre añ.ʒ.vj. misce.
Et ius galli decrepiti clisterizatũ simplex aut cõpositũ est pprĩũ
Secũdus cũ his q exterius applicant que sint poros dilatantia
humorẽ maturãtia ventositatẽ carminãtia. ex quib⁹ sunt fomẽta
sacculi vẽtose emplastra vnctiones. ⁊ cauendũ est ne sint nimis
calida ne amplius hũorẽ in vẽtositatẽ cõuertat qz fit illud quod
de vẽtositate ⁊ mã resoluũt: imo fit qñtitas caliditatis q faciat in
ventositate resolutionẽ fortẽ ⁊ in mã subtiliationẽ ⁊ maturatõnẽ
nõ resolutionẽ fortẽ. i. in vẽtositatẽ ɔuersionẽ est eni qñqz neces
sariũ pter dolorẽ cõmotũ ex euaporatiõe aut dimittere, euapo
rationẽ aut mltiplicare ⁊ iterare ipsaz vt resoluat qð cõmouit de
vẽtositate. Ex fomẽtis ãt est decoctio facta ex floribus camemille
meliloti aneti siseleos ruta ⁊ similiũ facta in aqua aut vino aut
vtrisqȝ ⁊ applicita cũ spõgia aut filtro: aut impleat vesica ex hac
decoctione ⁊ vẽtri applicet reuoluẽdo ipsa sup loco dolẽte aut
impleat vesica oleo calido cõmuni aut alijs oleis pprijs ⁊ ap-
plicet. itez sunt sacculi ex florib⁹ camemille meliloti aneti furfuri
bus attaminatis ita vt nihil remãserit farine milio panicio sale ⁊
similibus. Itẽ sacculus ex cinere dbite calido: ⁊ sint omnes mol
les nõ duri. Et pñt bullire vna ebulitõe in aqua vl vino dcoctio
nis rerũ similiũ ⁊ calidi applicari: ⁊ paritaria cũ oleo anetino in
patella calefacta ⁊ semicocta: loco dolenti applicita ẽ efficax in se
dando dolorẽ. Itẽ ventose magne late orificij q multum ignite
ponant super loco dolẽte. Item sunt emplastra ⁊ vnctiones ife-
rius ponẽde in colica ventosa. Et applicatio fili crudi a mulieri
bus decoqtur cũ cinere notabiliter calidũ solẽniter iuuat. Ter
tius modus ẽ cũ his q sumunt inter cetera comestio aleoz in co
lica frigida. Et apud ɔsuetos comedũtur cruda apud inconsue
tos comedũtur cocta ⁊ post ipa bibatur vinũ potens nõ dulce
neqȝ acre sed mediĩ saporis ⁊ dormiat aut exercitet aut vtrunqȝ
faciat. Et reiteretur eoz cõmestio ſm necessitatẽ nec aleum facit
sitim sicut cepe. Item decoctio cimini ⁊ apsinthij ana sumpta qñ
titate triũ aut quattuor.ʒ. Item castoreũ sumptũ vsqȝ ad me
diam.ʒ. mirabiliter ɔfert. Silr radix lilij in aqua decoctiõis pras
sij. Item.ʒʒ. ⁊ aristologie ro. ana.ʒ.s. sumpta cũ vino potenti cũ
quo bullierint. Itẽ lumbrici exsiccati sumpti cũ vino vsqȝ ad.ʒ.s.
Item stercus lupi ex ossibus quod sit album ⁊ pprie collectum
super spinis ⁊ aromatizatum cũ sale ⁊ pipere vsqȝ ad.ʒ.s. Item
dr qp suspensio in pelle leopardi vel cerui vel in lana arietis q fu
git ab eo. s. lupo aut in argento a pprietate confert vt testat Gal.
quarto de simplici medicina cui Aui. ɔsentit in capitulo d colica.
Et itestinum lupi exsiccatum ⁊ bibitum est adhuc pstantius: im
mo delatio eius in forma cinguli vz. Item scorpiones assati in
colica vera ⁊ in lapide renum sunt vtiles: sed in lapide renuz de
per se in colica de per accidens credo, puocando vrinam. Et ex
laudatis in vehementia colice est cornu ceruinũ adustum in po
tu sumptum vsqȝ ad.ʒ.j. cum vino sedat enim dolorem statim.
Quartus modus est cum balneus ⁊ embrocis: balnea autẽ
sint mineralia siue aque termarum aut in aqua decoquãtur res
carminantes ventositatem ⁊ remolientes dolorem quia sedan
tes de his que dicta sunt superius in fomentis. Et sint ma-
gis aut minus calide ſm exigẽtiam materie colice temporis an
ni ⁊ complexionis ipsius patiẽtis ⁊ accidentia que secuz compli
cant multũ eniz iuuãt tuz sedãdo dolorẽ sua hũiditate anodina
tum maturãdo materiã resoluẽdo ⁊ vẽtositatẽ carminãdo tum
mollificãdo musculũ ani ⁊ faciendo vẽtrez obedientem. Sed in
horuz administratione sunt cañ. obseruãdi. Primus qp aqua
nõ attingat nisi vsqȝ ad vmbilicũ. ⁊ si moderate calida qp delectet
⁊ possit tolerari. ⁊ ppterea melius instr̃m ad hoc est semicupiuz
Et si non sit paratũ habeat brenta altitudinis vni⁹ pedis in qua
sedeat eger pedib⁹ existẽtib⁹ extra. Secũdus qp nõ diu moret ⁊ p
prie debilis. est eniz cõueniẽtior iteratio qz lõga mora i eo ⁊ sint
prope euz res boni odoris qbus delectet sicut fructus odorife
ri vinuz vel vipa cum gariofilis vino optimo aceto ⁊ aqua ro. ⁊
apud necessitatẽ aliquid vini exhibeat aut aque carnis si timeret
casus in syncopi. Si tamẽ infirmus valde dbilis sit nõ fiat bal
neuz. Tertius qp nõ administret materia existẽte multa nisi iaz
minorata sit: timet eniz de paralisi ⁊ de raptu materieruz ad aliq
mẽbra nobilia. Quapropter existẽte aliquo apostemate iam in
choato aut de proximo inchoando nõ fiat balneum istud ⁊ pro
prie ſm mẽbrum illud de cuius apostemate timetur. Quapro-
pter nõ conuenit in colica apostemosa nisi forte in declinatione
⁊ similis huic ẽ embroca sup ventrem patientis iacentis supini.
Et semper cum surgit a balneo vel remouetur embroca exsiccet
⁊ vngatur ⁊ in lecto ponatur ⁊ dormiat: fortasse enim illico dor
miet ⁊ subueniatur siti eius ⁊ cuicũqȝ alteri accidenti ipsum mo
lestanti ne a somno impediat. Cum autem dolor non posset
his quattuor modis sedari ⁊ eet fortis virtutem dissoluens tũc
ad narcotica. i. stupefactiua veniendum ẽ. ⁊ ex pprijs ẽ illud filo
nium quod ẽ a Rasi in littera descriptum. Et Auic. facit capitulũ
de narcoticis que sunt in hac dispositione propria. ⁊ ordinat q
dam sumẽda p os in modũ electuarij. Sed pstans valde est fi
lonium romanũ descriptum a Mesue ⁊ hoc a Rasi descriptuz.
Sed ⁊ in forma pilularum potest exhiberi istud ab Aui. descriptũ
℞. croci storacis liquide.ʒʒ. piperis longi seminis iusquiami al
bi ana.ʒ.j. opij castorei ana.ʒ.j. quartã formentur pilule parue
⁊ sit dosis earuz a ʒ.s. vsqȝ ad.ʒ.j. Item possunt fieri clisteria ex
iam dictis leniẽtibus in quib⁹ ponatur castorei.ʒ.s. ⁊ opij.g.v. ⁊
sedat dolorẽ. ⁊ quãdoqȝ fit tẽta siue suppositorium ex pecia lane
aut cotto ⁊ intingitur in oleo de seminibus aut in olei anetini.ʒ.
j. opij.ʒ.j. castorei.ʒ.s. optime ad inuicem dissolutis: ⁊ sit ligatũ
cum filo cotti ita vt ligamentum pendeat extra: vt possit extrahi
ad libitum: ⁊ possit ad libitum ex eodem medicamine infundi ẽt
absqȝ qp extrahatur. Et nota qp vbi timeretur conuersio materiei
ad aliud mẽbrum sicut ad neruos: est minus malum sedare do
lorẽ cũ narcoticis qz facere balneũ. Itẽ nota qp aliquãdo hmõi

narcotica miscentur cum solutiuis sicut precipit Rasis miscere
scamoneam cū filonio quod ordinat in textu. Ego autē vtor
his pilulis. ℞. aloes succotrini vel pilularum alefanginarū: sed
melius est q̄ sint ex aloe nō loto. ʒ. j. vel. ℈. iiij. opij croci ana. g.
j. vel. ij. vel p̄ croco pone castoreū̃ fiant pilule. vij. vel. viiij. ⁊ ex
hibeantur stomacho ieiuno dolorem enim post horaz sedant ⁊
postea tādem soluūt ⁊ faciunt opationem incolumē. Et si velles
q̄ velocius soluerēt adde duo aut tria. g. scamonee: ⁊ cū his nō
modicum honorē sum aliquando consecutus. Sexta aūt in
tentio. s. stomachi ⁊ intestinoꝝ cōfortatio aliquando necessaria
ē q̄ꝛ huiusmōi mēbra sunt lassata ex dolore ⁊ causis eius. Unde
multiplicabūt iterū phl'a ⁊ ventositatē: ergo confortandi sūt cō
fectionibus sicut aromatico ro. diadraganto diagalāga specieb⁹
ducis bono vino ⁊ alijs huiusmodi. Et similiter eoꝝ mala com
plexio est corrigēda cum ꝯtrarijs. Si aūt aliqua mēbra sunt cōi
cantia sicut epar splen ⁊ cetera corrigantur ꝭm q̄ dictum ē ⁊ dice
tur in capitulis ꝑprijs. Septima aūt intentio. s. correctio acci
dētium perficiatur ꝭm ipsoꝝ exigentiam instantia vigiliarum re
mouetur p̄ remotionem doloris cui aliquādo opꝫ subuenire cū
narcoticis simul tollētibus dolorem ⁊ somnuꝫ iducentibus vo
mitui oportet subuenire abstergēdo faciem cum aqua frigida ⁊
reliquis remedijs in p̄cedentibus capitulis dictis syncopi cum
exhibitione vini ⁊ aque carnis ⁊ similibus reliquoꝝ accidētium
cura suis capitulis perquiratur. Ultima aūt itentio. s. regimē
vite perficitur faciendo aerem declinare ad calidum ⁊ siccuꝫ na
turaliter aut artificialiter. Et sit notabiliter indutus ꝭm exigentiā
temporꝫ p̄cipue teneat stomachum ⁊ ventrem debite calidum:
dieta sua tam in q̄ꝫtitate cōtinua q̄ꝫ discreta sit tenuis. Et cibi sui
non sint sicci grossi aut viscosi neq̄ꝫ ventosabiles ⁊ sint ventrem
lubricantes. Et panis suus sit bene coctus salitus ⁊ fermētatus
qui condiri potest cum aliquibus granis anisi cimini feniculi lꝫ
hoc sit magis ꝯueniens in fine q̄ꝫ in p̄ncipio. Uinum sit odori
ferum parū antiquū aromaticum. Sed in pauca q̄ꝫtitate ⁊ aliq̄n
conuenit parum maluatici ad subtiliandū humorem ꝯfortādū
virtutem vigorandum digōnem. Fercula aūt sua sint brodialia
pinguia vitentur assata ⁊ frixa: sit brodium caponum ⁊ galinarū
pinguium. Sed ꝑprium ē ius galli antiqui via cibi ⁊ medicine: ⁊
q̄ꝫto pinguius tanto melius. Item brodiū caulium ⁊ cicerum.
Item brodiū factum ex decoctione caulium ceparum porrorū
alei cū oleo vel carne pingui castrati est mirabile. Item brodiuꝫ
blitis cocte cū carnibus laudabilibus pinguibus. Sed apud d
bilitatem virtutis denꝭ contusum pulli oua sorbilia brodiū car
nium laudabilium cū vitello oui ꝯquassatum. Carnes vō sint
p̄dicum fasianoꝝ fraquillinoꝝ auium paruarū pipionū iuuenū
vitentur grosse carnes: ⁊ sint elixe nō assate neq̄ꝫ frixe vitēt potū
aque frigide ⁊ vini multum aquati. Aqua sua sit aqua zuccarata
aut aqua decoctionis pauci mellis ita vt aqua sit duodecupla ad
mel ⁊ optime buliat ⁊ dispumetꝭ. Est enim aliquādo aqua neces
saria cū adest febris ⁊ ius blitis ⁊ spinachiarū tūc eēt cōueniēs.
Pro salata vtaꝭ caparibus ⁊ sparagis. Aromata aūt sua sint ꝑ
prie ex cinamomi partibus. ij. ss. piperis galange ana parte vna
croci quarta vnius partis. Somnus sup̄ repletione malus i va
cuitate bonus: lꝫ ꝭm pl'm oporteat ip̄os dormire q̄n possūt.
Silr̄ in retētione fecis malus. Deambulet stō ieiuno: post cibū
q̄escat: ⁊ in p̄seruatione exercitium ē oportunū: euitet retentionē
fecis ⁊ stiptica. Et retinere ventositatē exire volentem: desp̄atio
tristitia ⁊ huiusmodi accidentia corrumpētia digestionē discōue
niunt. ira tamen conuenit nisi modū excedat.

Cura colice melancholice.

Sed in colica mel'ica ꝑcedatur cū eisdem intentionib⁹
Sed ēt euacuantia ⁊ digerētia debent eē mel'ie ꝑpria.
Et carminantia ventositatē debēt eē fortiora q̄ꝛ illa vē
tositas ē grossior ⁊ deterior. hoꝝ aut copia habitata ē in egritu
dinibus splenis: decoctio tamē epithimi Mesue ē ꝑpria. Itē pi
lule ide de lapide lazuli: ⁊ ex electuarijs diascene: ⁊ in mel'ia adu
sta electuariū hamech: ⁊ p̄ clisteribus in decoctione ponaꝭ epithi
mum sticados ⁊ sal indū ⁊ in suppositorijs lapis lazuli ꝯtritus
⁊ lapis armenus ⁊ sal indū. Et apud Aui. euaporeꝭ venter cum
eis que sunt grana lauri armel. i. ruta agrestis origanū camemil



la in aceto decocta ad maiorem incisionē ⁊ penetrationē: ⁊ regi
men declinet magis ad humidū: ⁊ in brodijs suis decoquatur
borago ⁊ buglosa: ⁊ fructus ꝯuenientes sunt passule. ⁊ salata eo
rum sint cappares ⁊ ꝑprie si splen sit in causa.

Cura colice cholirice.

Et in colica cholerica seruenꝭ eedem intētiones sed to
tum regimē tam medicinale q̄ꝫ sex rerum nō nāliuꝫ d
clinet ad frigidū ⁊ humidū. Unde clisteria fiāt ex dco
ctione blitis matrū violarū ⁊ maluarū sebestē cū oleo vio. ⁊ pau
co salis. Et si retinerētur addanꝭ. ℥. iij. mellis violacei: ⁊ silr̄ fieri
possūt ex aqua hordei cum oleo violaceo ⁊ sale. ⁊ posset addi ca
sia in clisteribus ⁊ electuariū de succo ro. Solutiua aūt p̄ os su
menda sunt penes Rasim florum casie. ʒ. x. que trahatur cū suc
co endiuie bulito donec clarescat. Sed melius ē vt trahatur ca
sia cum decoctione prunoꝝ tamarindoꝝ ⁊ violarū ⁊ silr̄ possent
exhiberi. ℥. ij. māne distēperate cū eisdem. Si aūt cholera fuerit
grossior ⁊ minus calida possunt dari casia distēperata cū deco
ctione prunoꝝ ⁊ passularum ⁊ ficuū ⁊ in hac posset ꝯcedi aloes
loti. ʒ. j. sed vbi cā antecedens eēt distans possent dari pilule au
ree electuarium de succo ro. ⁊ sil'ia. Digestiua vō sint sirus viol'.
cū aqua hordei medicinali aut cū decoctione prunoꝝ ⁊ tamari
doꝝ: ⁊ si cholera sit grossior misceatur cū sirupo vio. sirup⁹ ace
tosus simplex. Et ꝑ ferculis concediꝭ decoctio blitis endiuie la
ctuce ⁊ similium in iure carnium laudabilium bibat aquā zucca
ratam aut hordei. ⁊ si expediens sit vinū sit pauciferū: ⁊ Raꝭ nu
trit cum taphea cū oleo de amigdalis dulcibus cōdita. Et si fue
rit expediens stupefactiuū iubet Auic. permisceri stercus adip. i.
lupi cū stupefacientibus. Et cauēdum ē a castoreo ⁊ euforbio ⁊
sil'ibus sꝫ ꝑ correctione opij ponaꝭ crocus: ⁊ reges descriptione
nicolai si misceaꝭ cū pauco stercoris adip eēt ad intētionē Aui.

Cura colice ventose.

Hus cura exigit intētiones suprascriptas. s. lenitionez
⁊ deopilationē intestinoꝝ vt vētositas possit exire aut
extrahi modis ifradicendis. secūdo minorationē ma
terie ex qua generatur ⁊ foueꝭ ventositas. tertio digōnez. quarto
eradicationē paulatim tn̄ ⁊ in pluribus vicibus ⁊ oēs he itentio
nes cū medicinis dictis superius complentur. Uerum. A. multa
describit clisteria suppositoria ⁊ medicinas solutiuas mirabilis
⁊ extranee cōpositionis quas si placet vide. Quinta aūt intētio
est doloris sedatio multis modis cōplenda maxime p̄ carmina
tionē ventositatis siue ipsius eductionē quouis ingenio: q̄ mo
dis septem educi pōt. Primus ē p̄ ventris lenitionē ⁊ itestinoꝝ
deoppilationem iā dictam in itentione p̄ma. Scđs ē apertio po
rositatum ventris cōplenda vt supra dictū cū fomentis saculis
emplastris vnctionibus fricationibus ⁊ similibus. Tertius est
eius attractio cum ventosis magnis latoꝝ orificioꝝ. Quartus
cum attractione eius ad iferiora ⁊ eductione p̄ anum cum cliste
ribus ⁊ suppositorijs in quibus ponunꝭ carminātia ⁊ attrahen
tia ventositatem ad iferiora: ex quibus sunt ruta ciminum sisele
os amomum ameos bacce lauri aristologia bdelium serapinuꝫ
castoreum sal ⁊ similia. ex q̄bus possunt fieri decoctiones ꝑ cli
steribus ꝭm exigētiam. ⁊ ex compositis cōponendis in clisteri ē
electuarium de baccis lauri cui non ē compar. Quintus cū edu
ctione eius p̄ superiora ⁊ iferiora ⁊ per porositates vētris simul
cum ꝯfectionibus ad hoc ꝑprijs sicut diaciminum diazinziber
diagalanga diacinamomum diacalamētum tyriaca vetus mitri
datum diambra diatriompipereon electuarium de baccis lauri
in textu descriptum: item decoctio de seminibus silr̄ in textu de
scripta cuius. ℥. iij. dantur cum olei de alkerua. ʒ. iij. Et tu iuxta
Aui. ꝯsidera modū illū artificialē dādi in potu oleū de alkerua:
de qua re facit sp̄ale capl'm: itē decoctiōes in vino bono seminū
carminātiū sicut cimini ameos amomi siseleos dauci anisi feni
culi petroselini karui nigelle iuniperi baccaruꝫ lauri vrtice carta
mi rute calamenti pullegi kamedreos kamepiteos siccoꝝ ⁊ aro
matū sicut. ss. gariofiloꝝ cinamomi pip̄is galāge ⁊ sil'ium: ⁊ ex
fortibus ē aristologia ⁊ castoreū p̄ oēm modum adhibita: ⁊ ad
hāc itētionē sunt vnctiōes ex oleis in quib⁹ illa bulierint. ⁊ saccu
li ⁊ emplastra stō ⁊ vētri applicita ex sil'ibus cōposita. in q̄b⁹ vlt
Aui. ⁊ alij auctores vt ponanꝭ solutiua. s. colognitida turbith et

filia. Ex qbus est vnguētū artanite descriptione Mesue qd su/
per vētre posituz soluit solutione catartici ⁊ super stō prouocat
vomitū. ⁊ nota ꝙ inūctio vmbilici ⁊ partiū inferiorꝫ cūbutyri
recētis. ʒ. j. ⁊ colloquintide. ʒ. ij. ⁊ eius suppositio soluit ventrē ⁊
curat colicam. ⁊ ex emplastris ventositatē carminātibus est em/
plastrū de bacis lauri descriptione Mesue. Sextus modus est
vt stringat totꝰ vēter ⁊ stōus cū fassia dinde patiēs pijciat se sup
aliquo cussino d corio pēdētibꝰ capite ⁊ pedibꝰ vt p cōpressionē
expellat vētositas. expellet. n. p supius aut iferiꝰ vl' vēter apodiet
alicui rei super quā se fortiter cōprimat. Septimus modus vt to
leret famē duobus aut tribus diebus aut quantū pōt exercitet.
Faciūt enim hec duo ad resolutionē vētositatis ⁊ humorū ⁊ dor
miat cū vētre deorsū: facit eniz amplius ad vigorationē caloris
innati. Preterea quia clisteribus in his dispositionibus: marie
opus est ⁊ vētositate resistēte difficile est clisteria imponere facit
Aui. speciale ca. de clisteribus. Modi aūt siue figure clisteriorū
preter illū Aui. quē nō intelligo sunt tres. Primus est cōis cuz
manica de corio ⁊ canula piramidali in extremitate anū igrediē
te plura habēte foramina. Secūdus modus est cū canna lōga
perforata ex pluribus frustis cōposita quorū vnū ingreditur al
teruz stricte vt nihil possit resudare. ⁊ in parte iferiore huius can
ne recte infixa est vna canna lōga vna spansa diametraliter fixa
ſm latus canne lōge predicte. ⁊ in hac canna taliter ifixa est can
nula piramidalis anū ingrediēs ifixa in extremitate eius cadēs
diametraliter super illā extremitatē ſm latus ipsius: in sūmitate
autē prime canne lōge est scutella in qua imponit liquor anū in
gressurus qui vocatur enema ⁊ instrumentū quo inijcitur vocat
clistere: liquor autē ingrediēs primo dscēdit postea ascēdit. Can
na autē prima lōga ex frustis cōposita debet esse parū lōgior qꝫ
sit vnus cubitus. ⁊ cū hoc instrumēto homo pōt sibimet impo/
nere clistere. Tertius modus ē vt habeātur duo ligna sicut duo
incisoria parua optime rotūda. ⁊ coriū de pelle hedi inuoluatur
stricte circa ista duo incisoria ſm ipsorū circūferētiā stricte ipsuz
figēdo cū clauis paruis vt liquor cū erit impositus nō possit exi
re vel fiāt duo canales in medio duarū circūferentiarum horuz
incisoriorū in quibus cannalibus pellis iaz dicta ligetur cū filo
forti cerato strictissime sed melius est vt vtrūqꝫ fiat. s. ꝙ figatur
cum clauis ⁊ ꝙ ligetur. Et in centro vnius istoruz incisoriorum
sit foramē in quo ponatur cannula piramidalis anuz ingressu/
ra: ⁊ per hoc foramē liquor imponatur: dinde ponatur cannula
iaz dicta bene stricta in foramine illo vt nihil possit resudare sup
quā cannulam in ano fixā patiēs sedat cōprimēdo illa incisoria
ad inuicē. Nam per hūc moduz ne detur penetratio corporum
necesse est liquorē in intestina ascēdere. Sit autē predicta canna
anum ingrediēs perforata in extremitate sua anū ingrediente ⁊
habet duo alia foramina lateralia vnū prope coriū i latere vno
aliud parū altius i latere opposito. Et sit lōgitudo sua cōmunis
quinqꝫ digitorū cōiunctorū licet in puero minor. Sꝫ in casibus
aliquibus oꝫ ꝙ sit ad longitudinē vnius spāse vel. x. digitorū cō
iunctorū vtputa in colica ileos ⁊ vbi oportet liquorē ascendere
ad intestina gracilia. Similiter cū oportet inicere aliquē liquorē
in matricē sicut pro secūdina extrahēda aut pro matrice mūdifi
canda aut pro curādis vlceribus eius: ⁊ cū istis duabus vltimis
formis clisteriorū pōt patiēs seipsum clisterizare que res est fre
quenter oportuna in his qui verecūdantur precipue in mulieri/
bus. Situs autē clisterizandi variatur ſm locuz lesum. Si enim
velimus dorso prodesse stet homo resupinus si intestinis stet cū
facie deorsuz ⁊ magis ascēdit homine stāte cū facie deorsum qꝫ
ſm alium sitū: ⁊ precipue si posteriora sint tēpore impositionis ⁊
post impositionem magis eleuata qꝫ anteriora: ⁊ si dextro volu/
mus magis prodesse super dextro voluatur ⁊ ita de sinistro. Et
si volumus enema multū ascendere ad superiora sicut in colica
ileos ⁊ cū vlcera sunt in intestinis gracilibus eleuētur posterio/
ra ⁊ cōquassentur. Cauendū tamē ne liquor stomachū ingredia
tur ne forte sequatur vomitus ipsius ⁊ stercorū precipue in his
qui cū ascēdit parū ad superiora syncopizāt. ⁊ paciēte existēte de
bili imponatur clistere ipso iacēte super lateribus vel supino nec
post impositionē cōquassetur. Quātitas autē liquoris i adultis
est ab vna. ℔. cū dimidia ad. ℔. ij. in infantibus sufficit. ℔. ß. hec
tamē variāda sunt ſm magnitudinē intestinorū: ⁊ ſꝫ diuersitatē
loci quē volumus attingere quāto eniz locus attingēdus est ma
gis supra: qꝫtitas debet esse maior quāto inferior sufficit minor
quātitas. Unde si volumus mūdificare aut cōsolidare vlcus in
testini recti sufficit. ℔. ß. aut parū plus: modus autem imponēdi
cum primo clistere est vt stringatur manica cum manu prope li/
quorem ne aer mediet inter manū ⁊ liquorē dinde imposita can
nula in ano ⁊ egro aut alio firmiter eaz tenēte impellatur enema
siue liquor successiue donec ingrediatur quātū sufficit. Sit autē
impulsio illa cū maiori conatu quādo volumus liquorez magis
ascēdere quāto autē minus impellatur cum minori conatu. ⁊ tē
pore impositionis non tusiat neqꝫ sternutet neqꝫ vomat in se ex
primat sed anhelituz dilatet: ⁊ immediate post impositionez stu
pa prius circūuoluta cannule impellatur prope anuz ⁊ bene ad
hereat dinde eger crura ⁊ coxas extēdat ⁊ postea reuoluat ſm
exigentiā vtilitatis quā queris ⁊ similiter magis aut minus ele/
uetur. Retineatur autē in colica non superflue imo post decimū
hore quamprimū stimulat ⁊ pungit eiciatur: sed in fluxibus mul
to tempore retineatur. In reliquis autē casibus lōgiori aut bre/
uiori tēpore ſm ꝙ vis virtutē eius ad loca magis aut minus di
stantia attingere ⁊ ſm alias circūstantias quas sapiēs metiatur
Quod si debito tēpore nō retineretur aliud minus acutum aut
minoris quātitatis replicetur. Si vero nimis retineretur sicut in
colica accidit in qua interduz retinētur ⁊ clisteria tunc supposito
rium stimulans imponatur. ⁊ si istud nō sufficit. iniciatur cū cli/
steri liquor in quo sit magna quātitas mellis etiam vsqꝫ ad. ℔.
j. ⁊ infalāter educet secū reliqua clisteria ⁊ cetera q̄ facile possunt
educi. Et nota ꝙ fiūt clisteria nō solū ad iniciendū liquorem
sꝫ ad attrahēdum ventositatē in itestinis ꝯtentam sicut in colica
vētosa. Modus aūt est vt habeat follis paruus cuiꝰ cānula sit
longa. x. digitis ꝯiūctis vel ēt amplius. Et sit de ligno ferro ⁊ ar
gento: ⁊ cū latera follis sunt clausa imponat. Deinde aliquo vl
egro ipo firme tenēte cānulā latera follis dilatent ⁊ ne detur va
cuū egredietur vētositas. Sunt ⁊ alij modi huic ꝓportionales:
aliqui ēt p expellēda ventositate tenent in ano cannulā argēteaz
vel ligneā vtriqꝫ pforatam vt libere vētositas egrediat. Sed sit
illa cannula ſm partem igredientē intestinū in multis locis pfo
rata ne oīa foramina simul obturent. Scdo sedat dolor cum
stupefaciētibus quoꝝ copiam supius descripsi. Sꝫ cōiter i hoc
casu vtor filonio romano vel filonio a Rasi in textu descripto.

Sexta aūt intentio. s. membroꝝ ꝯfortatio ē complēda vt ꝑus
dixi in colica phlatica. Silr septima itentio. s. accn̄tium corre
ctio pficiatur vt ꝑus. Octaua aūt itētio. s. regimē vite dclinet
ad calidū ⁊ siccum: ⁊ caueat aer frigidus ⁊ vētosus ⁊ humidus
⁊ pānis bn̄ opertus sit ꝑcipue ſm ventrē ⁊ stōm ⁊ anum. sit par
cus in cibo ⁊ potu ⁊ sint calidi ⁊ sicci nō viscosi nō ventosabiles
facilis digōnis vētrē nō ꝯstringētes dormiat multum marie in
nocte. Exercitet multū stō ieiuno sit solicitus in expellendo sup
fluitates iferius nullo pacto retineat vētositatē nec supius nec i
ferius. sit sperās ⁊ gaudēs ⁊ aliqn̄ leuiter irascat. Sed tristitia ti
mor ⁊ accn̄tia corrūpētia digōnem fugiēda sunt. Omitto reliq̄
particularia nota. n. satis sunt ex suprascriptis. s. ꝙ vinū suū dꝫ
eē potēs antiquū medij saporis in pauca qꝫtitate bibitum: ⁊ ꝙ
panis sit bn̄ fermētatus ⁊ salitus in quo semia carminātia vēto
sitatē aliquādo ponant hec nota sunt ex suprascriptis.

## Cura colice ex fecibus.

Jus cura exigit tres intētiones preter tres cōmunes
in quacūqꝫ spē colice necessarias. Prima est fecis
mollificatio ⁊ supficiei intrīsece itestinoꝝ applanatio:
vt facile lubricet. Scda ipsiꝰ eductio. Tertia cāe siccitatis fecis
remotio: ⁊ hec intētio simul cōcernit regimē curatiuū ⁊ pseruati/
uum. Pria intētio cōplet. prio cū clisteribꝰ ex. ℔. ß. olei cōis
cui possūt addi. ʒ. ij. butyri recētis. Itē cū clisteribꝰ ex oleo sisami
no necnō cū brodijs piguibꝰ carniū sic pulloꝝ agnoꝝ castrato
ruz ⁊ similiū. ⁊ ꝓprie capitū ⁊ intestinoꝝ eoꝝ addēdo equalē qꝫ
titatē alicuiꝰ ex oleis supscriptis ⁊ pōt addi butyrū. ⁊ qn̄ nihil ali
ud esset paratū solū oleū sufficit. ⁊ pn̄t fieri dcoctiones ex maluis
matribꝰ violarū se. lini se. aut radice maluauisci ficubꝰ ⁊ similibꝰ
⁊ frigidioribꝰ possumus vti existēte febre ⁊ cū signis caliditatis

⁊ calidioribꝰ in dispositiõe cõtraria. Itẽ cõpleri põt hec pma intentio cũ sumẽdis per os ex quibꝰ sũt iura piguia carniũ laudabiliũ gallinarũ caponũ agnoꝝ castratoꝝ ⁊ ius galli antiq̃ ẽ ppriũ nõ solũ leniẽs sꝫ sua nitrositate abstergẽs: vitelli ꝗꝫ ouoꝝ sorbiliũ passule nigre sine nucleis: ficus albe tã sicce qꝫ recentes pulpa prunorũ optime maturoꝝ penidia zuccarũ iulep vio. brodiũ ciceꝝ rubeorũ integrorũ brodiũ cauliũ collectoꝝ ante ortum solis leuissi melotorũ nec fractorũ in frusta valde parua ⁊ leuiꝭ coctorũ. Itẽ brodiũ blitis atriplicis spinachiarũ maluarũ mercurialis maluauisci ⁊ similiũ: ⁊ in sũma omne brodiũ habẽs virtutẽ nitrosaꝫ vel baurachiã vel abstersiuaꝫ vel salsam stimulatiuã virtutis vel in quo sint partes vnctuose ⁊ pingues. ⁊ si volumus maiorẽ mollificatiõe faciemus bullire herbas suprascriptas in aqua vel brodio carniũ deinde addamus oleũ commune in magna quãtitate vel butyrũ recẽs ⁊ similia: ⁊ brodium decoctionis acruminũ sicut ceparũ ⁊ similiũ valet ad lubricãdũ ⁊ q̃nq; in brodijs carniũ laudabiliũ ponaꝭ zuccarũ vł penidia. Et q̃n cetera nõ sufficerent ad leniendũ oleum cõe bene cõditionatum aut sisaminũ aut amigdalarũ dulciũ recentiũ sumptũ in q̃titate. vj. aut. viij. ℥. nõ fallit. Et si timeretur lesio stõi ⁊ nimia lenitas huic misceanꝭ. ℥. ij. olei amigdalaruꝫ amararũ aut facta vẽtris lenitione cõfortetur ⁊ corrigetur stõus cũ stipticis cõfortãtibus iterius ⁊ exterius applicitis. Sꝫ exñte febre detur aq̃ hordei excorticati facta ꝫm artem mista cũ iulep violaceo vel zuccaro rubeo vł detur sirupus acetosus simplex p duas horas post ipam aquã. Casia quoq; ⁊ mãna sumpte in potu cũ aq̃ hordei aut brodio carniũ aut decoctione prunoꝝ faciunt ad vẽtris lubricitatẽ: ⁊ sicꝭ ẽt in clisteribꝰ ponanꝭ. Emplastra quoq; fomenta vnctiones ⁊ semicupia facta ex hmõi lenientibus ad hoc cõferunt ⁊ cũ hoc sedãt dolorẽ. Scđa võ intẽtio. s. eductio fecis mollificate eadẽ die cõplenda an sequẽti die perficiꝭ si alicui istoꝝ clisterioꝝ mollificantiũ de q̃bus supra addanꝭ mellis ab ℥. iij. vsq; ad. ℥. vj. aut secum miscẽdo multũ salis: aut. vj. ℥. vrine: mel tñ est mihi magis dilectũ aut replicetur sepe aliquod suppositoriũ ex suprascriptis. Que si nõ sufficiant deꝭ casia aut hiera picra p os ⁊ pilule alefanginꝫ: ⁊ aloe non fallunt precedente mollificatione ⁊ fortiora sunt diafinicon diacidonitẽ solutiuũ ⁊ similia. Tertia aũt intentio. s. remotio cãrum siccitas fecũ per ficitur ꝫm ipsarum exigentiã. Si ergo adsint cause p̃mitiue sicut cibaria sicca pauca cõmestio balneũ exercitium nimiũ nimius coitus ⁊c. hmõi silia remoueanꝭ ⁊ inducatur regimẽ cõtrarium. Item altereꝭ caliditas epatis si sit in cã ⁊ deoppileꝭ cñistis que qualiter debeãt perfici dictum ẽ supius in passionibus epatis ⁊ ictericitia. Et si cã est debilitas expulsiue intestinoꝝ ⁊ obtusio sensus eoꝝ succurre cũ tyriaca mitridato diacori dialpliris arcoticõ diamusco. Itẽ stimuletur expulsiua cũ suppositorijs ⁊ clisteribꝰ acutis: ⁊ si cã est multitudo cholere educatur ⁊ remoueanꝭ cause ipam multiplicantes vt supius in ictericitia. Et si cã eẽt raritas corporis ⁊ sudor nimius vngaꝭ cũ oleo rosaceo rudi: aut cum oleo de mirto ⁊ silibus cõstantius tñ est vt cause sudoꝝ auferantur. Et si cã est vrine puocatio cohibeatur p frigida stiptica: sed tutius ẽ causas eiꝰ auferre. Et si cã exsiccationis fecis ⁊ longe retentionis eius sit p cõitatem a mẽbris nocumẽta illoꝝ mẽbroꝝ corrigant ꝫm q᷑ dcm̃ est in capitulis p̃cedẽtibus ⁊ diceꝭ in seq̃ntibus. Relique aũt intẽtiones. s. doloris sedatio: accñtium correctio: ⁊ regimẽ sex rerũ nõ nãlium possũt patere ex suprascriptis.

## De colica apostemosa.

Ius cura est vt in p̃mis lenias ventrẽ ⁊ educas materias cões si fuerint retente cũ clisteribus in apate calido q᷑ est ꝫm plurimũ frigidis ⁊ humidis sicut est aq̃ decoctiõis hordei sebestẽ violarũ: ⁊ oleo vio. aut cũ lacte ⁊ oleo vio. ⁊ pauco zuccaro. Et addaꝭ casia si fuerit opus magis lenire. Et si fuerit opus magis ĩfrigidare ponaꝭ in clisteribus aqua solatri aut mucilago psilij. deinde cõcitius fieri põt fiat phlebotomia basilice: ⁊ haurianꝭ. vj. aut. viij. ℥. sanguinis aut plures ꝫ repletionẽ ⁊ virtutẽ: ⁊ si apa fuerit vehementis magnitudinis cõmunicans vijs vrine ⁊ retinẽs ipam fiat phłomia saphene eiusdem lateris post phłomiam basilice ⁊ hauriaꝭ notabilis quãtitas sanguinis. ⁊ attendaꝭ ẽt lenitati vẽtris cũ sumptis p os: que cũ hoc ẽt repercutiant sicut aqua hordei cũ mucilagine psilij et silibus p̃ter cucurbitã. Inest. n. ei mala, pprietas in passionibus intestinoꝝ. Et ex ppijs ẽ aqua siue succus duoꝝ granatoꝝ qñ. q᷑. ℥. Item aqua endiuie ⁊ aqua solatri cũ q̃bus si opus ẽ lenire ventrẽ misceanꝭ. ʒ. vj. aut. ℥ j. florum casie aut. ℥. ij. mãne. Et hoc tpe sup loco apostemato ponanꝭ repcussiua frigida nõ stiptica multũ sicut oleũ vio. mistum cũ oleo rosaceo. Deinde in augmento misceanꝭ cũ sumptis interius ⁊ applicitis exterius ⁊ clisterizatis resolutiua ⁊ mollatiua cũ repcussione sicut aqua decoctionis hordei sebestẽ ⁊ passularũ ⁊ his possunt addi in decoctione folia altee ⁊ hec decoctio põt bibi ⁊ clisterizari ⁊ si clisterizetur huic põt addi oleum sisaminũ ⁊ amigdalinũ. Et circa statum fiat decoctio ex floribus camemille semine maluauisci seie lini ⁊ silibus q̃ clisterizeꝭ addendo oleum sisaminũ aut amigdalinum aut parũ vini cocti. Et si opus fuerit abstergere ponaꝭ. ℥. j. zuccari ru. Et si tendat ad maturationem addanꝭ adipes ⁊ si post maturationẽ rumpaꝭ: regatur cura vlceris intestinoꝝ de q̃ infra. ⁊ siles intẽtiones habeanꝭ in sumptis interius ⁊ applicitis exterius. Sicut interius ẽ aqua decoctionis sebestẽ hordei passularum ficuũ ⁊ seminis maluauisci ⁊ põt cum zuccaro dulcorari. Et exterius sicut oleum ro. camemillinũ sisaminum q̃bus potest addi pinguedo galline anatis ⁊ siliũ. Item possunt addi mucilagines maluauisci fenugreci seminis lini. Et ad cõfortandum misceaꝭ secũ oleum masticinum ⁊ ad hanc intentionẽ põt fieri emplastra ⁊ fomenta. Si võ apostema fuerit frigidũ leniaꝭ venter pmo. Deinde phłometur ex basilica ⁊ obseruenꝭ eedem intẽtiones que posite sunt in calido: sed declinent ad calidum. Unde ea que cõpetunt in augmento calidi possunt competere ĩ p̃ncipio frigidi: ⁊ q̃ cõpetunt in statu calidi possunt competere ĩ augmẽto frigidi. Sed in statu ⁊ declinatione addanꝭ magis calida sicut oleum de spica oleũ laurinũ adeps anseris ⁊ similia.

## Cura colice ex torsione ⁊ ex descensu intestini in bursam testiculoꝝ aut in aliquam rupturam mirach.

Si fuerit ex torsione situetur eger supinus in loco tẽperato pus eductis fecibus q̃ sunt infra intestinũ tortuꝫ cũ clisteribus iuxta doctrinam datam in p̃cedentibus capłis: ⁊ manibus inũctis in oleo de spica de enula vel castoreo si fuerit facta torsio ex ventositate fricetur venter pmo leuiter descẽdendo ⁊ ascendẽdo nũc ad latera trahendo ⁊ semp ascendẽdo cũ fricatione ⁊ descẽdẽdo ⁊ ad latera trahendo pueniatur ad locum vbi sentiꭍ intestinum tortum ⁊ hoc fiat pluries: ⁊ si cũ leui fricatione nõ obedit neq; reddit ad situm nãleꝫ fricatio fiat fortior ẽt iterata ⁊ si nõ reddit ad situm nãlem experianꝭ alij sitꝰ super latera similiter fricando. Et aliquãdo iaceat cũ vẽtre deorsum. Item ipe sedens aut iacens se cõquassetꝭ ⁊ aliquãdo seꝰ in ordinato motu proijciat: aut aliquando per pedes eleuetur. Fortasse aũt quod arte fieri nequit a casu redibit ad situm naturalem. Si aũt a casu percussione saltu ⁊ similibus causis pmitiuis facta fuerit torsio fiat hec eadeꝫ fricatio sed leuior ne locus apostemetur ⁊ sint manus inuncte cũ oleo vio. aut simili frigido aut temperato. Et nullo pacto dentur in his casibus solutiua superius nisi pus intestinuꝫ fuerit reductum. ⁊ dieta sit valde tenuis. Cũq; intestinum ẽ reductum procureꝭ exitus fecum iuxta superioꝝ doctrinam. deinde venter stringatur cum fascia strictura decenti vt non amplius dislocetur: ⁊ stringantur crura fortiter super genu ⁊ similiter adiutoria super cubitum: ne intestinum contortum apostemetur. Et dieta sit tenuis lubrica. ⁊ si fuerit ex descensu intestini in oxeum aut in aliquam fracturam siphach prius feces que sunt infra intestinum illud dislocatum educantur ⁊ imponantur clisteria mollificantia que ascendant vsq; ad intestinum dislocatum ⁊ non sint acuta vt possint retineri. Et exterius applicentur mollificantia que etiam ventositateꝫ carminẽt egro iacente supino ⁊ aliqualiter magis eleuato cum parte ad quam facta est dislocatio: ⁊ si opus est ponatur in balneo mollificante liquore ascendente ad locum vbi retentum est intestinuꝫ dislocatum aut loco illi applicentur filtra infusa in huiusmodi mollificantibus postea comprimatur intestinum cum suauitate versus aperturam. Et inter cetera obseruetur hoc ingenium vt intestinum prope aperturam digitis stringatur vt subtilietur: et

paulatim stringendo impellatur modicum post modicum de intestino aut de fece in eo contenta donec paulatim quasi inungẽdo ad superiora totum interius impellatur nec faciendum est sicut faciunt quidam inexperti qui totum fortiter comprimendo vna vice volunt impellere: ⁊ cum reductum est procuretur exitus fecum omni ingenio. Sed ante reductionem non dentur solutiua ⁊ dieta sit valde tenuis ⁊ lenitiua: ⁊ reducto intestino consolidetur ruptura cum ligatura brachali ⁊ reliquis necessarijs interius ⁊ exterius applicitis.

## Cura reliquarum specierum colice.

s I fuerit ex lapide in intestinis hūidis lubricis abstergẽtib⁹ qb⁹ aliqua lapidẽ frãgẽtia sũt admiscẽda curãdus ẽ q̃ si lapis fuerit in sup̃iorib⁹ intestinis p̃ os exhibeant̃. Si vo in inferiorib⁹ p̃ clisteria. Si vo fuerit ex vermib⁹ cū interficiẽtib⁹ ⁊ ipsos educẽtib⁹ curet̃ iux̃ doctrinã in ꝓprio capitulo ponẽdã. Si vo ex sanguine in intestinis cõgelato fuerit educat̃ si fuerit in intestinis inferiorib⁹ cū aq̃ dcoctõnis hordei ⁊ furfuris ⁊ similiū abstergẽtiū ⁊ mollificãtiū cui⁹. ℔.j. sit admistū oxymel simplex vl' squilliticū. ℥. iij. Si vo fuerit in sup̃iorib⁹ detur aqua hordei calida cū oxymelle simplici vl' sqllitico ⁊ istis adhibitis tã sup̃ius q̃ꝫ inferius põt admisceri aliqd coaguli sũptis p̃ os vsq̃ꝫ ad qnq̃ꝫ grana: sed clisterizatis vsq̃ꝫ ad. ℈. s. Si vero dolor intestinoꝝ fuerit a solutiõe ꝯtinui ⁊ fuerit ex cã exteriori vt puta ex vulnere eius cura alibi ꝑquirat̃ ⁊ ꝓp̃rie ab Aui. 4ª quarti. Si vo fuerit ab hūore acuto pũgẽte ⁊ corrodẽte siue sit cholera siue phlegma salsũ aut a cibo acuto ⁊ ẽ s̃ꝫ plurimũ d̃ genere pũctionis eius cura ẽ habita sup̃ius cap̃l'o de pũctione: ⁊ si excoriatio ⁊ vlcus iã factũ sit in intestinis cura ꝑquirẽda est inferius in cap̃l'o de dissenteria. Est ẽt sup̃ius posita cura colice cholirice q̃ huic d̃seruit q̃ꝫtũ ẽ expediẽs. Si vo dolor intestinoꝝ fuerit p̃ cõitatẽ ab alijs mẽbris puta a cerebro neruis pectore epate splene instrumẽtis vrine mirach ⁊ lacertis vẽtris ⁊ similibus aut p̃ cõitatẽ a toto due habeant̃ intẽtiones generales vna ad mẽbꝝ mittẽs altera ad mẽbꝝ recipiẽs a quarũ p̃ma lꝫ regularit̃ icipiẽdũ eẽt freq̃nter tñ coacte a scḋa icipim⁹. Si vo dolor fuerit a cã extrinseca vt puta a potu aq̃ f̃re ⁊ balneo in ipsa vẽto septẽtrionali sessiõe sup̃ lapide ab aere pestilẽti a veneno sũpto a cibis stipticis ⁊ põticis aut a ꝓꝑetate faciẽtib⁹ hãc passionẽ due sũt intẽtiones: vna ẽ cãꝫ p̃mitiuã remouere eã omnino a corpore abiciẽdo vl' quãtũ ẽ possibile ⁊ inducere regimẽ ꝯ̃riũ. Scḋa ẽ dispositionẽ imp̃ssaꝫ corrigere. Que intẽtiones qualiter d̃beãt cõpleri ex suprascriptis patere potest.

## De ileos.

q Uid nominis ⁊ qd rei ileos q̃ apud antiquos dcã est dñe miserere mei pp̃ mortẽ crudelẽ ⁊ obscenã post tantos cruciat⁹ ⁊ vomitũ stercoꝝ sup̃ius posita s̃t: q̃ lꝫ cũ colica ꝯueniat in qbusdã genaralib⁹. s. causis accidẽtib⁹ ⁊ cura sũt tñ q̃nq̃ꝫ p̃ticularia qb⁹ abinuicẽ d̃ĩnt. s. cãe dolor exeũtia iuuamẽtū remedioꝝ ⁊ vltimitas accidẽtiũ in causis quidẽ d̃ĩnt. Naꝫ iliaca plus accidit a causis p̃mitiuis ⁊ extriñsecis ⁊ mala cõplexione singulari ⁊ frigida sic̃ in potu aq̃ frigide in tẽpore non cõgruo: ⁊ h̃ q̃ gracilia sũt stõ ꝓpinq̃ magis. Itẽ frequẽtius accidit ab aere pestilẽti pp̃ ꝓpinquitatẽ ad cor ⁊ silr̃ a venenis ꝓp̃t ꝓpinquitatẽ ad stõm ⁊ ad cor: ⁊ pp̃ has causas magis p̃mutat̃ de regiõe ad regionẽ ⁊ de corpore ad corpus in modũ pestilentis morbi. Itẽ frequẽti⁹ accidit ab ep̃ate pp̃ vicinitatẽ ad epar ⁊ maiorẽ multitudinẽ mesaraicarũ veniẽtiũ ad gracilia. Item frequẽti⁹ accidit pp̃ vehemẽtiã virtutis retẽtiue cũ gracilia sint magis ordinata in retẽtiõe q̃ꝫ grossa ⁊ eꝯ̃ grossa magis ad expulsionez sũt. n. gracilia strictiora. Sꝫ eꝯ̃ colica frequẽti⁹ fit a cã corporea. s. vẽtositate ph̃l'ate stercore sicco v̇mib⁹ ⁊ similib⁹ cũ sit frigidiora ⁊ ad hoꝝ expulsionẽ ordinata. Et si accidit in eis frequẽter pp̃ d̃fectũ expulsiue. In dolore qdẽ p̃rio q̃ꝫtuꝫ ad speciẽ. Accidit eni in gracilib⁹ frequẽter dolor pũgitiuus ⁊ tortiuus pũgitiuus qdẽ pp̃ cholerã imediate ad ipsa veniẽtẽ: lꝫ tortiuus pp̃ ipsoꝝ lõgitudinẽ ⁊ plurimã reuolutionẽ: lꝫ in quocũq̃ꝫ itestino quecũq̃ꝫ spẽs doloris possit accidere. Scḋo q̃ꝫtũ ad intẽsiones est eni dolor in gracilib⁹ intẽsior q̃ꝫ in grossis q̃ sũt magis neruosa ⁊ acutioris sensus. Tertio in loco doloris. Nã dolor iliacus est sup̃ vmbilicũ ⁊ in hypocũdrijs magis sed colicus ifra vmbilicũ. Quarto in permutatiõe facilius eniꝫ ileos permutat̃ q̃ꝫ colica ꝓpter maiorem colligantiã ⁊ vicinitatẽ intestinorũ graciliuꝫ cum mẽbris ad que permutari cõsueuit de qua permutatione superius dictũ est. Sed econtra in colica dolor est magis extẽsiuus grauatiuus ⁊ perforatiuus ⁊ si aliquãdo ẽ pũgitiuus est propter vermes. Itẽ dolor colicus licet sit remissior est tamẽ magis perdurãs ꝓpter lõgam materie retentionez ex ipsorũ spissitudine ⁊ carnositate: ⁊ dolor magis est infra vmbilicũ circa pectinez ⁊ minus nocumẽtum cõicat superioribus nobilibus q̃ꝫ iliaca ⁊ minus permutat̃: licet sit maioris permutationis ad iliacam q̃ꝫ ecõtra cum eni colon aut sacculus oppilatur materia regurgitat ad superiora in quibus propter ipsorũ stricturã facile retinetur ⁊ causat iliacaꝫ sed cum oppilantur superiora in iliaca materia ad stomachum regurgitat: ⁊ si descendit ad grossa cum sit subtilis ⁊ intestina illa sint larga non retinetur: Sed descendit s̃m plurimum ⁊ egreditur. Tertio principaliter differunt in exeuntibus. Nam in ileos per anum fere nihil egreditur ⁊ non nisi cum maxima difficultate sed per vomitum plurimum ⁊ faciliter: ⁊ illud est phlegmaticum quandoq̃ꝫ cholericum quandoq̃ꝫ viride prassinum vel eruginosum quandoq̃ꝫ nigrum melancholicum. Item plurimum ventosum cum eructuatione: ⁊ tandem quandoq̃ꝫ fetidum stercorosum cum vermibus mistum: ⁊ est s̃m plurimum mortale. Item in iliaca vrina est magis tincta propter dolorem acutiorem magis inflãmantez. Item propter retentionem cholere que per cannalem ad finem duodeni terminatum ad gracilia transmitti consueuit quare rediẽs ad vias vrine tingit ipsam. Sudor quandoq̃ꝫ in iliaca magis ꝯtingit propter doloris vehementiam in spiritualibus angustiam imp̃mentem. ⁊ est frigidior calore amplius ad locum doloris attracto ⁊ virtute magis dissoluta. Sed in colica cum clisteri aut collirio facilius egreditur phlegma mucilaginosum ⁊ stercus squibalosum phlegmate inuolutum. Item ventositas grossa sonãs ⁊ vermes ⁊ non fit nisi per compassionem gracilium ⁊ stomachi ad gracilia. Item vrina in colica rubet propter dolorem inflãtem ⁊ etiam propter compassionem renum in dolore quare vrinam retinent diu ⁊ tingitur: non autem propter cholere regurgitationem. Quarto principaliter in remediorum iuuamento ẽ differentia. quia iliaci iuuantur maxime per superius exhibita sicut colici econtra iuuantur per clisteria ⁊ suppositoria. Quinto est differentia in accidentium vltimata consecutione. Nam casus virtutis alienatio spasmus alcuzet instantia vigiliarum tremor cordis syncopis frigiditas extremorum singultus ⁊ huiusmodi accidentia terroris: ⁊ tandem mors sunt in iliaca magis ⁊ in colica minus propter causas suprascriptas. ⁊ apparet in iliaca inflatio oculi magis q̃ꝫ in colica. i. inflatio monoculi: ⁊ in summa iliaca est difficilior q̃ꝫ colica ex causa proportionali vel consimili: ⁊ factum ex veneno significat antecessio veneni et alia accidentia veneni. s. debilitas corporis tremor cordis que aliquando dolorem iliacum antecedunt. Et factaꝫ ex apostemate significat durities fecis ⁊ velocitas in egestione. i. in vomitu fecis ⁊ febris. Cum alijs enim non erit febris nec casus virtutis vehemens nisi forte fuerit a veneno. Et ex suprascriptis in hoc capitulo de colica iam manifesta sunt quid nominis ⁊ quid rei ileos cause ⁊ signa.

**Sed pronostica** sunt ista. Primum cuꝫ plus occidit ilios occidit i septimo quod est verum s̃m plurimum quandoq̃ꝫ enim vidi etiam occidisse in quinto. Secundum cum accidunt accidentia horrenda suprascripta pauca est spes salutis licet aliquos videri peruenisse ad vomitum stercorum cum accidentibus fortibus ⁊ euasisse. Tertium est aphorismus sexte particule. Cum ex distillatione accipit ileos moritur cuius est in septimo nisi accidat febris ⁊ curat cum ea sudor plurimus. Et quãuis dicat Auic. Gal'. causam huiusmodi aphorismi ignorauisse. Credo causam essẽ quia distilatio ex humiditate superflua accidit propter quam superfluitates consuete cum vrina euacuari sunt retente. Et regur

gitantes ad intestina faciunt ileos. Febris aūt supueniens ē cā vt materia subtiliata cum sudore educat̄ p cuius p̄ntiam causabatur distillatio ⁊ ileos. Quartū ileos phl'atica ⁊ ventosa iuuātur febre. Quintū bonitas vrine in ileos nō facit fiduciaꝫ sanitatis: qd ergo iudicandum ē de vrina mala. Sextū deterior ileos ē in quo egredit̄ stercus vomitu. Deide illa in qua egreditur sudor fetidus. s. habēs odorē stercoris. Tertio in quo est anhelitus habēs odorē stercoris. Quarto in quo ē eructuatio habens odorem stercoris. Quinto leuissima oium est in qua inferior vētositas est fetida.

Cura ileos prima ē cura colice verū cura eius maiorē exigit festinātiam ꝗ̄ cura colice q̄zto est morb⁹ acutior tanto minores dat īducias. Et scda differentia ē q̄r bibita sūt cū hac magis iuuatiua ꝗ̄ supposita cuius oppositū est in colica. Cā autem hui⁹ est q̄r clisteria ⁊ lichinia nō ascendūt nisi difficulter ad intestina gracilia. Attamē bibita ⁊ supposita sunt in ei⁹ cura necessaria. Et q̄zuis dicat Aui. q̄ nō refert a quo incipiat̄ an a bibitis an a suppositis dūmodo alterū subsequat̄. Ego tamen existimo meli⁹ eē incipere a clisteribus vt itestina grossa mundificentur ab his q̄ in eis cōtinent̄ vt via exitus supfluitatum q̄ dolorem faciūt in itestinis gracilibus sit expedita ⁊ facile possent descendere ⁊ eo magis q̄r oppilatio iferior ⁊ p̄cipue sacculi freq̄nter est cā retentionis supfluitatum in supioribus. Et p̄nter doloris eoꝝ q̄zuis in iferioribus ⁊ p̄prie in sacculo nō sit dolor propter suā amplitudinē: ⁊ clistere p̄mum dꝫ eē lenitiuū. ⁊ b̄m acutū vt eradicet materias ab iferiorib⁹ ⁊ trahant̄ a supioribus ⁊ clisteria ista debent eē magne q̄ztitatis ⁊ postea ꝗ̄ citius fieri potest: subsequat̄ aliqd lenitiuū desup. Et Aui. dicit q̄ sorbitio aque calide sedat dolorē. Ego tñ credo tutius eē vt exhibeat̄ oleum cōe bene ↄditionatū. vj. aut. viij. ℥. debite calefactū: ⁊ elaboret̄ cū igenio vt retineatur aut si abhorreat̄ detur. ℔. j. brodij caponis vel galline multū pinguis. ſꝫ melius galli decrepiti aut det̄ alia medicina lenitiua ex casia māna ⁊ sīlibus dictis in colica. Et apud necessitatem misceant̄ cū diafinicone diacidonitē electuario ido ⁊ sīlibus aut ip̄a sola electuaria exhibeant̄ cū lenientib⁹ sicut brodio galli decrepiti aut aliquo mō b̄m exigentiā. Ita vt fiat deoppilatio ⁊ retenta educant̄. Tertia dr̄ia ē q̄r in iliaca magis ē necessaria phl'omia ꝗ̄ in colica ita vt nō solū in apostemosa sit necessaria ſꝫ et freq̄nter in alijs sp̄ebus. Nam pp̄ter fortē dolorē ⁊ multitudinē venarū meseraicarū venientiū ad gracilia sunt magis apta apostemari gracilia ꝗ̄ itestina grossa. Itē q̄r facta oppilatione in gracilib⁹ magis p corpus spargunt̄ humores ↄsueti euāre ꝗ̄ pp̄ter oppilationem in grossis q̄ spargi phl'omia sunt euandi. Obseruatis ergo his tribus differētijs p̄cedat ad curā iliace b̄m vnāquāq; cām b̄m q̄ dictū fuit in colica. Itē vt itentiones ille ⁊ remedia ibidē dicta b̄m vnāquāq; cām colice ad hunc locum afferant̄ curādo illiacam a simili cā pēdentē sicut dictum ē in colica. Nā a quacūq; cā pōt pendere colica ab eadem vel simili pōt pēdere iliaca ⁊ ecōtra: ⁊ obseruet̄. Quarta differentia q̄r dieta debet esse magis tenuis in iliaca ꝗ̄ in colica q̄zto iliaca est acutior colica.

## ¶ De fluxu vētris. Almansor.

Cum cibus in stomacho more solito nō moratur: imo citi⁹ egredit̄ nō mutat⁹ nisi parū: ⁊ fuerit cū hoc mordicatio ⁊ dolor in vētre: ⁊ sitis cū quo et plerūq; adest vētris fluxus: in quo aū cōmestionem inuenitur aliquid purulentū: detur ergo rob de succo vue acerbe: aut de succo ribes: aut de succo granatoꝝ cū spodij ⁊ roſ. amboꝝ ana. ℥. j. trocisci quoq; de spodio cōstrictiui itidē tribuant̄. Nutriant̄ v̄o ex adesia citrina: ⁊ pullis cū aceto coctis ⁊ assatis ⁊ cum succo vue acerbe positis: in potu v̄o sumat sumach cū aqua rosacea. ⁊ deinde nutriatur ex cibo cui admiscetur sumach qui vocatur sumachia: totumq; eius regimen ad hoc perducatur vt ifrigidare possit ⁊ constringere. Jo. ar.

in expositione textus. Et quottidie anteq̃ȝ muteť mingat vt vri-
na egrediatur per foꝛamen naturale ⁊ non ꝑ sectionem.

Secunda autem itentio. s. coꝛrectio accidentium perficiatur
ẽm ipoꝛum exigentiam. doloꝛ ergo si foꝛtis est opoꝛtet sedare
ante sectionem cum epithimatibus emplastris vnctionibus et
semicupijs: ⁊ cum clisteribus ex anodinis: ⁊ si expediat cum stu
pefacientibus bibitis sicut filonio tyriaca noua: que cum hoc q̃đ
stupefaciunt etiam ventositatem resoluunt: que aliquando est
causa doloꝛis ⁊ prouocant vrinam. ⁊ sunt qui ante incisionem
stupefaciunt locum cum opiatis sumptis cum vino: Et quan-
doq̃ȝ cum vnctionibus applicitis parti incidende ⁊ circunstan
tibus: Sedatio náq̃ȝ doloꝛis a futuro apostemate liberat: ⁊ foꝛ
te a moꝛte: ⁊ ad pꝛohibendum apostema bonum est vt partes
circunstantes liniantur cum aliquo repercussiuo: ⁊ phlebotho
mia ⁊ dieta tenuis ab hoc pꝛeseruant. Si vero ex lapide retinea
tur vrina pꝛopter oppilationeȝ in renibus poꝛis vritidibus aut
collo vesice aut meatu virge tempteť eius eductio aut tráspositio
q̃ȝ citius est possibile que res qualr̓ debeat ꝓfici pȝ ex supꝛascri
ptis. Si vero sequať excoꝛiatio aut vlcus in istrumẽtis vrine suc
curratur ẽm ꝙ dicetur in sequentibus capitulis.

**Regimen** aut sex reru iuxta tertiá intentioné ordinetur sicut dcm fuit in regimine pseruatiuo. sed i hoc regimine curatiuo opus é cibis magis abstergétib⁹ incidétibus ꝛ subtiliantibus ꝛ puocantibus. Et tpe operationu fortiu sicut é sectio: dieta dz eé tenuis sine vino sine carnib⁹ ꝛ ouis vsqꝫ ad quartuz dié vel quousqꝫ sumus securi ab apostemate ꝛ alijs seuis accidentibus.

**Sequuntur** medicine cóposite. Medicamé sublime ꝛ expertu ad lapidé renu fm Serapioné. ℞. seis batece excorticati milij solis vitri adusti dauci ana terant ꝛ cribellent: ꝛ dent de eo. ʒ. iij. cu aqua decoctionis ciceris nigri. Aliud fm eum ad lapidé vesice. ℞. ꝯdisi. ʒ. j. fimi columbini. ʒ. j. ß. terant ꝛ det oi mane cu aqua raphani. Aliud cóstátini. ℞. seis batecaru citrulli cucumeris excorticatoꝝ ana. ʒ. v. se. raphani ꝛ apij ꝛ rape siluestris ꝛ dauci ꝛ petroselini ana. ʒ. ij. se. feniculi. ʒ. iij. granoꝝ nere. i. ceresoꝝ siluestriu. ʒ. iiij. stercoris vacce pascentis iuoluti cu oleo sambacino. ʒ. v. terant ꝛ cribellent: ꝛ dentur de eo pondus. ʒ. iij. cu aqua apij ꝛ raphani. Ad lapidez vo pueroꝝ sufficit balneu ex rebus mollificantib⁹ ꝛ frangentib⁹ lapidé cu sumptione reru frangentiu lapidem magis facilium. Ruffus inqt plurima balneatio in termis sulfureis frangit lapidem. silr si infundat in eis pánus ꝛ calidus applicet loco lapidis operat ad exitu eius. Gal. aut testificat ꝙ puluis leporis cóbusti exhibitus aliquot dieb⁹ qꝫtitate. ij. ʒ. cu aqua calida frágit lapidé renum ꝛ vesice. ꝛ sanguis hircinus pparatus fm arté exhibitus qꝫtitate duoꝝ aureoꝝ é fortis in hoc caplo. ꝛ modus pparationis est vt eligat hircus quattuor annoꝝ aut circa rubeus: ꝛ nutriat p mésem herbis ꝛ granis pprijs in hoc caplo: ꝛ iugületur de mése augusti ꝛ extrahat sanguis cuius pmus abijciatur ꝛ postremus medius reseruet: ꝛ exsiccetur ad solé diuisus in frusta qꝫtitate duoꝝ aur: ꝛ exhibeant cu vino potenti aliqualiter acetoso aut cu aqua ciceris aut raphani duo aur. p vice aliqb⁹ diebus: vocat enim manus dei ob excellenté eius virtuté. ꝛ apd Aui. nigella aliquot diebus admistrata cu aqua mellis frangit vtruqꝫ. Sz gerardus. ℞. crete marine milij solis ana. ʒ. j. ß. sanguinis hircini pparati fm artem. ʒ. ij. lapidis spongie lapidis iudaici ana. ʒ. ß. se. melonis. ℥. j. aque saxifragie. ℥. ß. panis zuccari. ℔. j. fiat electuariu. Aliud eiusdé. ℞. corigiole. ℥. ß. ciceꝝ ru. qr. ß. seia melonis. ℥. ß. buliát i trib⁹. ℔. aq ad ꝯsúptioné tertie ptis colet ꝛ cu modico zuccari admistret mirabilr valz ꝛ expellit arenulas. Ité valet succus limonu ꝛ quasdá alias medicinas describit quas lege ab eo. ꝛ dicit ꝙ p frangédo lapidé bonu é pmittere mollificatiua sicut semicupia ꝛ empla mollificátia mista tñ cu aliqbus fortibus in hoc caplo: deinde exhibere fortia ex iaz dictis. ꝛ ex fortibus est iustinu litotripon electuariu ducis ꝛ silia. ꝛ frangut vtruqꝫ lapidé. difficilius enim é frangere lapidé vesice qꝫ renu. qd. n. frágit lapidé vesice frágit lapidé renu sz ñ ecótra.

## De apate qd fit in renibus vel vesica.

Quid sit apa renum ꝛ vesice ex sepe dictis pót eé manifestum. Apostemata renuz ꝛ vesice diuersificant: aut ex parte materie apatis. ꝛ fm hoc quedá fiunt ex má calida essentialiter sanguinea vel colerica magis tñ fiut ex sanguie grosso vel subtili cholerico qꝫ ex cholera quedam ex má frigida phlatica vel melica fm plm tñ ex má mista. ꝛ q sunt melica quádoqꝫ sunt talia incipiédo: qñqꝫ pmutando siue sint melica adusta siue nó adusta. scdo diuersificant ex parte locoꝝ in qbus fit apa. nam aliqñ fit in vtroqꝫ renu: qñqꝫ in vno eoꝝ dextro vel sinistro. ꝛ qñqꝫ sunt magna occupátia totum corpus renis: qñqꝫ parua ꝛ tuc vel sunt in latere ꝯcauitatis in qua colat vrina vel in latere gibbositatis apud pániculum vel in pániculo veláte eos: vel sunt in parte terminata ad dorsum vel sunt in parte terminata ad emuctoriu. i. poru vritidé vel in parte meatus supioris versus venas emulgentes. Silr apata vesice diuersificant ex parte materie aut ex parte locoꝝ. Sz ex parte materie é ꝯtrarietas iter Aui. ꝛ Rasim in libro diuisionu. vult enim Aui. raro fieri apa calidu in vesica qm apa calidu é morbus dissimilis complóni vesice q é frigida: vñ si fiat in ea apa calidu nó erit nisi a forti causa. Rasis vo in libro diuisionu in hoc caplo dicit ꝙ plm apatis quod accidit in vesica est apa calidu. ꝛ eius ró est qr vesica é membrum densum: in cui⁹ sbam difficulter penetrat humor frigidus. dicendu vt tolatur contrarietas ꝙ apa in vesica qñqꝫ generat p viam paulatine ꝯgestionis qñqꝫ p viam defluxus. Si pmo modo tunc apa vesice semp est frm: qr nutrimentu eius ꝛ ét superfluitas nutrimenti ex qbus apa paulatine ꝯgeritur sunt frigide. Si vo apostema fiat p viam defluxus aut cá defluxus é intrinseca corporea. ꝛ tunc apa fm plm é frm: lz aliquádo sit calidu qa in cá est dñium humoꝝ calidoꝝ aut forte lapis nocens vesice. Si vo cá dfluxus fuerit pmitiua sicut pcussio casus aut offensio vesice: tunc apa fm plm est calidu: cu cá attractióis materie ad vesicam sit dolor sequés cám pmitiua q fm plm é cá attractióis humoꝝ ca. ꝛ pprie sanguis: ꝛ hoc é ꝙ voluit dicere Aui. cu dixit in vesica nó fieri apa calidum plm: nó enim fit nisi a forti causa. Rasis vo voluit apa ex causis fortib⁹ iá dictis eé fz plm calidu. Quapropter sunt ꝯcordes. Aliqñ apa diuersificat fm locu: ná quádoqꝫ apa est in parte vesice terminata ad collu vel in collo ipo: qñqꝫ est in parte vesice terminata ad poros vritides: qñqꝫ est in parte supiori versus ventré: qñqꝫ in parte iferiori versus dorsum: qñqꝫ in tota vesica vel plurimo eius. Cause apatuz renum ꝛ vesice sunt humores de qbus supra actu igressi hoꝝ mébrorum sbam lz nó sit longinquu a vero ꝙ aqua aut vétositas aut alius humor existens in ꝯcauitate renis aut vesice extédens latera faciet apa absqꝫ ꝙ ingrediat mébri sbaz vt bñ sensit Aui. tertia quarti caplo de apatibus vétosis: ꝛ humiditates scde ꝛ superflua resecata in tertia aut quarta digóne sunt aliqñ cá ꝯiucta apatis paulatine ꝯgesti. cause antecedétes sunt humores superflui in qꝫto aut in quali exñtes in venis. Ité mala complo toti⁹ aut partis his mébris cóicantis. tertio debilitas renu ꝛ vesice ꝛ eoꝝ dolor cá ꝛ oppilatio. quarto latitudo viarum p quas defluit materia ad hec mébra apostemáda. ité retétio vrine extédens renes aut vesicam cause pmitiue sunt indebitu regimé sex rerum. ité cause extranee sicut casus pcussio offensio balneum strictura lúbaris ꝛ silia: apata renum ꝛ vesice terminant tribus modis. qñqꝫ enim resoluútur ꝛ é optima terminatio qñqꝫ indurant resolutis partibus subtilibus qñqꝫ suppurant: Et post suppurationem rumpunt ꝛ sanies expellitur p vesicaz ꝛ virgam: qñqꝫ expellitur ad itestina p vias ocultas aut p venas emulgétes ad chilum: ꝛ ex chili ad epar ꝛ tádem ad itestina p venas meseraicas: Et hec é deterior terminatio qꝫ p vias vrine. tertio aliquádo fit ruptio ad ventré: Et má colligitur in ꝯcauitate ventris iferioris ꝛ idiget pforatione: Et hec é pessima oium nisi forte illa cu qua fieret hoꝝ membroꝝ putrefactio. Aliquádo non erumpunt imo remanét in eis ꝛ hec ét curant cum apertione.

**Signa.** Primo ponent signa apatis renum. Scdo vesice. Signa apatis renum sunt dolor ꝛ grauitas in alchatim: ꝛ maxime cu iacet eger cum vétre deorsum: ꝛ fit frequés mictus ppter debilitaté renis ꝛ stimulationé a materia apostemáte: sz hoc accidens magis est in apate vesice nisi ppter apa vrina retineat. Et si est in rene dextro maxime sentitur dolor ꝛ grauitas qñ iacet sup latere sinistro. ꝛ ecótra si é in sinistro qñ iacet sup latere dextro. Et si é in vtroqꝫ fm vtruqꝫ situm magnificatur dolor ꝛ grauitas renis oppositi. Item si apa est in rene dextro dolor ascendit maxime quádo é in parte supiori vsqꝫ ad epar. Et si in sinistro dolor descédit vsqꝫ ad vesicam ꝛ virgá: immo ét in vtroqꝫ qñ é in parte iferiori renis. Et cu dolor é apud pániculum ꝛ suspésorium magnificatur dolor ꝛ fit fortis: ꝛ phibet erectioné tussim ꝛ sternutationé: ꝛ difficile é sibi inuenire situ in quo qescat nisi forte qñ apa eét ꝯfirmatu puans membrum sensu. Et qñ resupinatur dolor é leuior qꝫ in alio situ. Quando aut apa est in carnositate dolor é leuis vt vix sentiat ét fm oém situm. Cognoscit aut ꝙ sit calidu ex febre ꝯtinua q hz remissiones ꝛ excrescentias inordinatas. Quasi sint pncipia quartane i. sicut accidit febribus cómistis inordinate vagantibus que in quartaná pficiunt: ꝛ hoc é ppter diuersas materias ꝛ difformes adustiones q sunt in má apostemáte renes. ꝛ apparet in principijs suaru exacerbationu coartatio pulsus sicut in reliqs febribus ꝛ incipiut cu frigore extremitatu. Et fit oripilatio cómiscens inflámationé. i. postqꝫ icipit oripilatio sequit inflámatio: ꝛ iteruz post inflámationem sequtur oripilatio alia lra hz ppter materieꝝ

diuersitatē. Et hec verificant͛ siue febris sit iseparabilis siue nō: non eni est impossibile q̄ in ɔtinua sint hmōi oripilationes ⁊ ti pi. febris āt seq̄ēs apa frigidū est remissioꝛ ⁊ forte in ɔtinua lȝ āt febris seq̄ēs apa calidū non sit multū intensa ꝑpter distantiam a corde. Et aliquando iste febres sūt putride aliqñ effimere. Item nocet ab oī diuretico acuto salso ⁊ valde acetoso sȝ magis ⁊ minus ꝟm diuersitatē mãe. Nā in apate calido magis ledit q̄ȝ in frigido ⁊ ꝑꝑe ab acuto ⁊ salso. Et qñ apa ē calidū ⁊ magnum ꝑducit ad ɔmistionē sensus pp cōitatē diaphragmatis cū renibus ⁊ cū cerebro. Et ad vomitū cholere pp cōitatē stōi ad epar ⁊ epatis ad renē. Et qñȝ cōicatur doloꝛ faciei ⁊ oculis. Et retinetur venter qꝛ apa coartat intestina vrina vō est alba in principio mã ad renē ꝑmutata deiñ fit citrina. Ignea nō ꝑmista qñ apostema calidū ē in statu ⁊ colera que ɔsueuit deriuari ad renē iam expellitur cū vrina. Deiñ fit rubea circa declinationē qñ aliquid de mã apante expellit͛ cū vrina. Et qñ vrina ꝑseuerat alba indicat duritiē futurā aut ɔuersionē. Ad dubelati. i. maturationem: nihil eni de mã cū vrina expellitur. Et ad vltimū vrina ꝑseuerans viscosa ⁊ alba ē significatio mala: ⁊ qñ rubet aqua ⁊ ꝑseuerat in ea sedimē laudabile tūc obedit apa digōnis absq̄ȝ cōuersione ad duritiē aut ad supuratōem. Et qñ in primis diebus remãet vrina clara ⁊ tenuis tūc apa ē in via maturatōis aut idurātōis. ⁊ qñ apa maturat͛ magnificat͛ grauitas valde: et sentitur grauitas quasi spera grauatiua in ventre: ⁊ accidit inflatio in locis vacuis qꝛ ꝑtes circūstantes tumefiūt extractōe mãe ad illas ⁊ accidentia fiūt fortia: ⁊ sentitur pūctura vehemēs in virga. Et qñ apa est maturū alleuiat͛ febris: ⁊ augmētatur oripilatio vaporibus acutis cōicantis mēbris sensibilibus ⁊ ingrossat͛ vrīa mã cum ipsa expulsa: ⁊ multiplicatur in ea sedimē bonū. et qñ rūptū est apa remouet͛ febris ⁊ rigoꝛ. ⁊ si sanies alba lenis non fetida egreditur cū vrina tūc adeo est bonū vt nihil melius. et silr si ē sanguis ⁊ pus albū ⁊ qd̄ est diuersū ab hoc est deterius secūdū q̄ magis elongat͛ a cōditōibus bone saniei. Signa aūt distinguentia inter spēs apatū penes mãe sumunt͛ a febre et reliq̄s accidētibus homogeneis mãe apati. ⁊ itē a ɔplx̄one etate tpe anni regimine ꝑcedente ⁊ silibus. Signa q̄ apa maturent͛ posita sūt superius sȝ signa eruptōis ē egressio saniei cū vrina aut cuȝ egestōe. Si aūt rūpit͛ ad ɔcauitatē vētris inferioꝛis segtur subita aleuiatio doloris ⁊ grauitatis post precessionē signoꝝ maturatōis nō apparet exitus saniei ꝑ aliquā regionē. Signa resolutōis sūt q̄ oīa accidentia remittunt͛ cū bona ɔualescentia.

Signa duritiei sūt q̄ oīa accidentia remittunt͛ preter grauitatem.

Signa putrefactōis renis sūt ɔtinuatio seuoꝝ accidentiū vsq̄ȝ ad mortē. ⁊ q̄ aliqñ egreditur sanies mala fetentissima cū vrina aut fecibus. Signa apatis vesice sūt doloꝛ ɔtinu⁹ in femore ⁊ illis cū duritie ⁊ tensiōe febre cōtinua. Itē retētio vrine difficultas aut distillatio. ⁊ frequēter nō ꝑnt mingē nisi stātes: nā si apa est in ꝑte versus ventrē facile subiacet tactui. Si vō in ꝑte v͛sus dorsū nō occurrit tactui nisi cū forte ɔp̄ssiōe. Si vō sit in ꝑte terminata ad poros vritides fit retentio vrine: ⁊ cū hoc vesica sentitur vacua ab vrina. Si vero sit in ꝑte terminate ad collū: ⁊ collo ipso adest silr retentio aut magna difficultas: ⁊ cū hoc vesica est plena vrina qd̄ ex magno tumore in femore ɔp̄hendit͛. si vō sit in alijs partibus ē frequens mictus ⁊ distillatio. ⁊ qñȝ ē retētio stercoris propter ɔp̄ssionē intestini recti a vesica apata. Nō aūt apa sit calidū cognoscit͛ ex febre forti ⁊ caliditate in loco sensata. Itē ex dolore pungitiuo si sit coficuȝ aut extensiuo grauatiuo ⁊ pulsatiuo si sit sanguineū: ⁊ qñȝ apparet rubedo exterius. Item cognoscitur ex siti vehemēti vomitu cholere pure ⁊ asmate frigore extremitatū q̄ fortasse nō calefiūt. iteȝ ex alienatōe nigredine ligue: ⁊ qꝛ nō nocet͛ ab oī acuto ⁊ diuretico: ⁊ significat ipsȝ ɔplx̄o etas cāe ꝑcedentes. ⁊ signa maturatōis sūt oripilatiōes diuerse ⁊ febres ꝑmiste sicut dictū fuit i dubelati renū: ⁊ significāt maturitatē eius mollities sensata. ⁊ vrina cū sedimine laudabili significat digōnem. eruptionē aūt significat vrina hñs pus admistū. Si aūt signa maturitatis nō apparuerit nō rūpit͛ vsq̄ȝ ad hebdōam: ⁊ plurime vesice fiunt versus collū eius ⁊ qñȝ in ꝑtib⁹ alijs ⁊ qñȝ aperiunt͛ ad interiorem ꝑtē vesice: ⁊ tunc sanies mingit͛ ⁊ qñȝ aperiunt͛ ad ꝑtē exteriorē ⁊ sanies egredit͛ colligit͛ in vētre. Signa apatis frigidi in renibus sūt signa cōia apatū ex duritie tumore ⁊ grauitate retentōe vrine difficultate ⁊ distillatiōe: sed ē pauca febris paruus doloꝛ ⁊ grauatiuus absq̄ȝ siti ⁊ alijs q̄ attestant͛ apati calido: ⁊ si est apa durū sentit͛ durities cū grauitate notabili. et fortasse ꝑcessit apa calidū ⁊ ꝑꝑe sanguinē qd̄ terminatū est ad duritiē. Sic eniȝ fit apa duꝝ in renib⁹ et vesica ꝟm plm̄ ꝑmutādo ex apate sanguineo: qñȝ associat͛ stupoꝛ i cruribus: ⁊ dispositio ad hidropesim: sȝ apa phl'aticū in his oībus assimilatur apati duro ꝑterq̄ȝ in duritie est ei mollitie. ⁊ ꝟȝ plm̄ fit incipiendo nec fit tāta ad hidropem dispositō neq̄ȝ tanta sentitur grauitas. Pronostica. priuȝ apa renū ꝟm plm̄ salubre: ⁊ apa vesice ꝟm plm̄ mortale. Scōm vtrunq̄ȝ ꝑlongat͛ ⁊ iduratur disponit ad hidropē. Tertiū apa vesice ceteris parib⁹ citius interficit q̄ȝ apa renū. Quartū Aui. oīa renū apa velocia sunt ad hoc vt in lapidē. i. duritiē ɔuertant͛: et quō nō cū ipsa sint cā lapidis. Quintū cū apa calidū ē in rene cū febre notabili: ⁊ inde accidat cōmistio rōnis: tūc illd̄ ē cā cōitatis velaminū. i. panniculorum cerebri magnitudinē apatis: ⁊ est mortale: et proprie qñ est significatio mala: nā illud pp cōitatē malam: q̄ si accidat cōicatio mala: tūc expectatur ruptura ad saluteȝ: et fortasse egredit͛ in hac ruptura de pinguedine renis aliq̄d. et fortasse egredit͛ sicut pilus rubeus in lōgitudine vnius palmi ⁊ plus. Sextū deterius apa vesice est illud cū quo ɔtinuat͛ caliditas febris acute: et vehemens fit retentio vrine ⁊ stercoris ⁊ fortis doloꝛ ⁊ i vrina nō est digō. est eniȝ mortale. Et plus mortalē cū maturat͛. Cū autē appet in vrīa hipostasis ⁊ fex subsidēs lenis tūc ē maioris spēi.

Almansor.

**Apostema qd̄ fit in renibus ⁊ vesica coītatur febris permista que vehemens caloris cum qua est horipilatio ⁊ rigoꝛ ⁊ frequens mictus ⁊ doloris in inferioribus dorsi ⁊ grauitas ⁊ cuȝ impellitur videtur egro q̄ aliquid ibi sit suspensum.** Jo. ar.

b Hoc caplm̄ hȝ tres ꝑtes ꝑncipales. In prima ponit signa ⁊ curā apatis renū. In ꝟa signa ⁊ curaȝ apatis vesice. In tertia ꝑte ponit signa ⁊ curā apatis renū cū induratur. ꝟa ibi. Apa vero qd̄ fit in vesica. tertia ibi Est āt qñ apa renū. primā in duas. in prīa ꝑte pōit signa apatis renū que ēt ꝑ ꝑte sunt cōia apati vesice. in ꝟa curam ꝟa ibi. Cū his itaq̄ȝ. in prima ꝑte dicit q̄ signa apatis qd̄ fit in renib⁹ ⁊ vesica sunt febris ꝑmista pp diuersitatem mãeꝝ ⁊ diuersas adustiones in eis. Que tñ febris nō est vehementis caloris: qꝛ mã putrens notabiliter distat a corde. cū aqua febre est oripilatio ⁊ rigoꝛ freq̄ēs siue sit interpolata siue ɔtinua pp diuersas excrescētias ⁊ diuersos paroxismos: imo inordinatos sequentes diuersitates mãeꝝ ex duabus suprascriptis. est aūt oripilatio prīa q̄rti caplo ꝑꝑo dispositio in qua inuenit corpus diuersitatē i frigore ⁊ pūctōem in cute ⁊ in lacertis. Rigoꝛ aūt est vt non possit cōtinere mēbra sua ex ɔmotione ⁊ tremore eueniēte in eis ⁊ motibus inuoluntarijs. Scōm signū est frequens mictus sequens debilitatem renū ⁊ vesice necnon ad stimulationē a ꝑntia mãe apatis. Tertium est doloꝛ in inferioribus dorsi. s. ab allꝛatiȝ vsq̄ȝ ad caudā: ibi eni est situs renū ⁊ vesice. Quartū signū cū impellitur. i. cū hō se cōmouet aut conquassando se aut reuoluendo de latere ad latus aut voluendo se cū facie deorsū videt͛ sibi q̄ aliquid sit suspensum: sentit eni pondus ⁊ dolorē rōne mēbri apostemati ponderātis: minus eni molestus situs eius ē cū iaceat supinus. Almansor.

**Cuȝ itaq̄ȝ hec signa visa fuerint eger ex basilica minuatur eius partis in qua grauedinem ⁊ dolorem sentit.**

Jo. Ar.

In hac parte curat apa renū. et prīo ꝑ euōnē que marie respicit cām antecedētē. Scōa ꝑ auxilia applicita que marie respicit cām cōiunctā. ꝟa ibi. Loco quoq̄ȝ emplastra. in prīa ꝑte cū dicit cum hec signa uisa fuerint que significant apostema renum: eger phlebotomet͛ ex basilica eius ꝑtis in qua sentit dolorē ⁊ grauedinem ad minorādū mãm ⁊ diuertēdū. Almansor.

**Loco quoq̄ȝ emplastra infrigidantia superponant͛ et si egritudo sic dissoluta fuerit bonum erit.**

Hic curat p auxilia applicita que sup loco que marie respiciunt
causam ꝯiunctā ⁊ hȝ tres ptes: in pma pte curat apa terminan
dū p respirationé aut ét p resolutōeȝ. in scda curat ipm qñ termi
natur p suppuratōeȝ. in tertia pte curat ipsū postq̄ȝ suppuratū ē
⁊ eruptū. i. postq̄ȝ factuȝ est vlcus. scda ibi. Si āt febris tertia ibi
Si aūt eger minxerit pus. Jn pma pte dicit ꝙ sup regiōe renuȝ
.s. super allratim ponaꝶ empl'a infrigidātia. Et si cū his egritudo
dissoluta fuerit bonū erit. dissoluiꝶ aūt apa cū his q̄ꝛ pars māe
retrocedit ⁊ venas reingrediꝶ. pars aūt aliqua ex calore nāli cō
fortato p applicita resoluiꝶ: que aūt sint hmōi frigida diceꝶ iferi⁹
Si autem febris. Almansor.

Si aūt febris ⁊ dolor ⁊ grauitas perseuerauerit ⁊ vri
na minuiꝶ ⁊ frequenter egrediaꝶ significaꝶ ibi pus colli
gi. Emplastrū igitur est tūc super dorsū ponendū ex
camemilla se. lini oleo sisamino furfure ꝯspsis: ⁊ egro
percipiendū vt in tina sedeat.

Jn pte p̄senti curat apa cū supporatur dicēs. si āt febris ⁊ do
lor ⁊ grauitas pseuerauerint quoꝝ pseuerentia ⁊ augmētū signi
ficat augmentū suppuratioñe iuxta aphorismū. Circa gn̄atioñe
saniei fiūt dolores ⁊ febres. Et tūc crescit grauitas q̄ꝛ mā i vno
loco colligiꝶ. Et vrina minuti ⁊ frequēter egreditur sic̄ in strāgu
ria virtute debilitata ⁊ stimulata significaꝶ pus colligi. Est igitur
tunc sup dorsum ponēdū empl'm. ℞. camemille seminis lini fur
furis añ. ℳ. i. ꝯtūdanꝶ ꝯtūdenda mediocriter ⁊ cū oleo sisami
no. q. fiat empl'm hoc eni ptim resoluit partim maturat ⁊ dolorē
mitigat. Est eni semē lini calidū ⁊ hūidū reliqua calida ⁊ sic. i p̄
mo gradu. scdo sedeat in tina eiusdē inētōis. Si āt eger. Almā.

Si āt eger minxerit pus seia que noiabim⁹ in. c. de ar
dore vrine sunt danda donec pus minuaꝶ deide troci
sci denꝶ quos i. c. de mictu sanguis ⁊ puris noiabim⁹.

Jo. ar.

Jn parte p̄senti curat vlcus remanens post apatis rupturā di
cens ꝙ si eger minxerit pus seia que noiabim⁹ in capl'o de ardo
re vrine danda sūt ad mūdificationeȝ ⁊ doloris mitigationē de
inde dētur trocisci qui diceꝶ i capl'o de micto sanguinis ⁊ saniei
ad mundificandū ⁊ ꝯsolidandū necnō ad dolorē mitigandum
vide hoꝝ descriptionē in duobus capl'is sequentibus. Et hi tro
cisci sunt vltimi q ponūꝶ in capl'o de mictu saniei ⁊ sanguinis.

Almansor.

Apostema vero qď fit in vesica dȝ cōmitari fe. ꝯclu
sa est difficultas mingendi ⁊ dissuria ⁊ femoris ⁊ vir
ge dolor ⁊ tunc eger ex basilica minuendus est ⁊ fiat
hui⁹ egritudinis cura queādmodū p̄diximus. Jo. ar.

Jn hac parte primo ponit signa apatis vesice. Scdo curā. scda
ibi. et tunc eger de basilica phl'omandus Jn pria pte ponit tria
signa. Primū est febris ꝯclusio qď verū est si apa fuerit sangui
neū Si vero colricum febris est acuta cōtinua hñs ꝓportioneȝ
ad tertiū dem manifestā vel occultā. Si vero apa fuerit frigidū
febris non est fortis nisi forte fieret suppoꝛatio. secūdū signuȝ
est difficultas mingendi que est vl' retētio vrie vel maria difficul
tas emittendi aliqd eius qď marie verificaꝶ si apa fuerit in pte
terminata ad collū vel ad poros vritides. Et dissuria. i. emissio
vrine guttatiȝ vel p interualla cū apa ē in aliis ptib⁹ vesice. Ter
tium ē dolor femoris ⁊ virge. nā si apa ē in pte terminata ad col
lū dolor notabilis est in femore q̄ꝛ ibi ē collū vesice cui virga cō
tinuaꝶ. et si est in aliis ptibus distātib⁹ a collo vesice forte aliqs
dolor lȝ leuis pōt femori ⁊ virge cōicari. Tunc ergo. Hic p cura
phl'omaꝶ ex basilica. ⁊ dicit reliquā curā eē obseruādā stati posi
tā i cura apatis renū ꝙ si aliq̄ sit dr̄a dī cū ordinabo curā. Al.

Est aūt qñ renū apa nō puenit ad saniē imo transit in
duritiem cuius grauitas in renib⁹ sine febre pseuerat.
Est ergo clisterizandus ex mucilagine fenugreci et se
mis lini ⁊ apozimate camemille ⁊ cauliū ⁊ meliloti et
maluauisci ⁊ furfuris. ⁊ vomat frequenter. Renibus
quoqȝ superponaꝶ emplastrū ex his que noiauimus
⁊ si vrina minui videꝶ vrinā ꝓuocantia denꝶ. hoc quo
qȝ ꝓ puo nō ē habēdū q̄ꝛ ex eo pueniꝶ ad hidropisim.

Jo. ar.

Hic curat apa renū qñ induraꝶ: dicens ꝙ hmōi signū est gra
uitas notabilis absq̄ȝ febre: resolutis ei hūorib⁹ calidiorib⁹ ⁊ sub
tilioribus facientibus apa cessat febris. et ꝓ cura p̄cepit egrum
eē clisterizandū hoc clisteri. ℞. camemille. meliloti cauliū furfu
ris añ. ℳ. i. radicū maluauisci ꝯtusaꝝ aut incisaꝝ. ℥. ij. buliant i
v. ℔. aque vel plurib⁹ ad sufficientē coctionē de qua decoctōe ac
cipiaꝶ. ℔. i. mucilaginis fenugreci ⁊ seis lini añ. ℥. i. fiat clisteȝ qď
debite calidū imponaꝶ huic posset addi olei sisamini medule vi
tule pinguedinis galline añ. ℥. i. scdo vomat frequēter ad diuer
tendū: est eni melior eūo q̄ȝ p resolutiuam q̄ꝛ solutiua p̄cipitant
mām ad locū apatum nisi sint leuia. tertio regioni renū. s. allrati
superponaꝶ empl'm ex his que noiauimus que. s. ponūꝶ in cli
steri statim descripto: quarto si vrina minuiꝶ denꝶ cū illo clisteri
⁊ emplastro ꝓuocantia vrinā. i. secum misceanꝶ aliqua cū illo q̄
ꝓuocēt sicut paritaria creta maria ⁊ silia: vl' aliter denꝶ cū illo. i.
dūm fiunt remedia suprascripta sumat ét ea que ꝓuocant vrinā
nō tñ fortia sed leuia de quibus supra in ꝓprio capl'o. Hoc q̄ȝ.
Ultimo hic admonet medicū: vt sit diligens in cura huius apa
tis duri qm̄ perducit ad hydropesiȝ. debilitaꝶ eni virtus attracti
ua renum q̄ propter aquositate remanente in epate ⁊ membris
supra renes fit transitus in hidropem. et cū hoc fit oppilatio ꝓ
hibens descensū vrine ad vesicā hic etiam canon obſuandus
est in apate vesice cū induretur: ⁊ remedia eadē vl' similia appli
centur clisteria tñ in apostemate vesice sint minoris quantitatis
vt melius retineanꝶ ⁊ cū hoc pauca quantitas sufficit pp ꝓping
tatē: nō sic in apate renū. et casia posita in his clisterib⁹ ē p̄stās.

Cura Apostematū renū ⁊ vesice exigit triplex regimē. Pri
mum debeꝶ cause añcedenti ꝯplēdū eūone ⁊ diuer
sione. Scdm cāe coniuncte diuersimode cōplendū s̄m varios
modos terminationis eius. Tertiū ē cōe vtriq̄ȝ curans acciden
tia ⁊ ordinans debitum regimē sex rerum. Pro euacuatione
s̄m plurimū necessaria est phl'omia in apostematibus renū aut
vesice que repletione existente multa ⁊ sanguine dominante dȝ
esse copiosa: ⁊ similiter ipso cum aliis humoribus equato. si ve
ro alii dominenꝶ phl'omia sit min⁹ copiosa ⁊ fiat ex basilica eius
dem lateris. ⁊ postea apud Aui. phl'ometur vena curuature po
plitis: ⁊ hoc maxime ꝯuenit si retentio menstruoꝝ aut sanguis
hemorroidalis fuerit in cā: ⁊ si nō apparet phl'ometur saphena
eiusdem lateris. Prima eni est ad euacuandū ⁊ diuertenduȝ
secunda vō fit ad eradicandū causam ꝯiūctam aut ꝓrimā con
iuncte: et existimo secūdam esse tardandā vsq̄ȝ ad diem tertiam
Ante tamen has si expedierit p̄mittatur ventris lenitio cum cli
steri facto ex qua decoctionis hordei maluaꝝ. ⁊ silium lenientiū
magis aut minus frigidorum secundū exigentiā materie. sed se
cūda die facta pria phl'omia soluaꝶ venꝶ aut cū clisteri leniente
in quo sūt mucilagines seminis maluaꝝ maluauisci seis lini fe
nugreci ⁊ similium. ⁊ ex oleis ponatur violis amigdalinū sisami
num ⁊ ex medullis medulla vituli cerui ⁊ similes. ⁊ ex pinguedi
nibus pinguedo galine anatis anseris butyrū ⁊ similia ⁊ eligā
tur magis calida aut minus secūdū diuersitatē materie. ⁊ si op⁹
fuerit medicia solutiua sit lenitiua non attrahēs a longinqs sic̄
casia aut māna: sȝ prestātior est casia que misceaꝶ cū sero capri
no: sunt eni ābo p̄stantia in his casibus. ⁊ aqua hordei i calido
⁊ aqua mellis in frigido. ⁊ aqua zuccari in misto sūt prestantes:
cum quibus ét potest casia distēperari. et oīno caueanꝶ solutiua
fortia ⁊ si p̄mittatur digō solutōi est prestantius. et oīo cauean
tur diuretica añ maturationē: sed post maturationē ꝯueniunt. et
q̄ȝuis aq̄ iuuet in eo ꝙ infrigidat ⁊ hūectat in apostemate cali
do tñ nocet in eo ꝙ facit vrinare. Caueatur itaq̄ȝ multitudo ei⁹:
⁊ proprie cum impedita est vrina: ⁊ sit aqua dulcis clara suggē
do sumpta nō multū frigida ne incrudet hūorem neq̄ȝ notabi
liter calida immo caueaꝶ omne multū calidum in actu ⁊ potētia
in apostemate calido renū aut vesice. et similiꝶ caueaꝶ omne val
de frigidum actu ⁊ po^s in quocunq̄ȝ apate renū ⁊ vesice sȝ maxi
me in frigido. Digestiua autem sunt sicut sirupus viol'. in calido

sumptus cũ tantundẽ aque hordei sed in phl'atico mel ro. cum tantundem aque mellis: in melácholico vero sirupus de pomis dulcibus cũ aqua passulaꝝ: solutiuũ aũt sit casia a. ℥. viij. vsqꝫ ad x. sumpta cũ aqs dictis aut cũ aqua casei in adusto ꝛ salso. Et si clisteria sufficiũt forte melius ẽ omittere quodcũqꝫ solutiuũ bibitũ ne ꝑcipitet materias ad locũ apatũ. In ꝓcessu vero cũ mã amplius nõ est in fluxu siue terminet̃ ꝑ maturationẽ siue per resolutionẽ possum⁹ vti diureticis sicut ẽ lac seminũ cõium frigidorum in calido. ꝛ in frigido decoctõis radicũ ꝛ seminũ ꝓuocãtium ꝛ aqua ciceris nigri. Et in misto mista ex his que ꝓuocantia etiã possunt exterius applicari. Scđa intentio. s. diuersio cõpletur cũ clisterib⁹ iam dictis in qbus ponat̃ casia. Et si opus ẽ fortioribus in mã frigida addatur bñdicta. Item appositiõe ventosarũ in spatulis cũ sacrificatõe ꝛ sine in apate renũ. ꝛ cũ appositione earũ in natibus in apate vesice. itẽ cũ ꝓuocantibus sudorem. Scđm regimẽ respiciẽs causã ꝯiunctã si terminet̃ ꝑ viã resolutõis exigit in principio repercussiua. Unde in apate calido ℞. olei ros. aut aque ro. succi folioꝝ salicis ana ptẽ vnã aceti ꝑtẽ mediã misce: ꝛ cũ eis regio mẽbri apati epithimetur. ꝛ si caliditas fuerit vehemẽs his adde succum plantaginis semperuiue solatri ꝛ silĩa. et hoc tpe ad mistra clisteria ex aq̃ hordei oleo violis ꝛ silib⁹ aut ex lacte. ꝛ post admistra emplastra ex farina hordei fabaꝝ cũ oleo ro. ꝛ pauco aceti: postea i statu minor a fria ꝛ adde fenugrecũ camemillã anetũ semẽ lini ꝛ oleũ sisaminum ꝛ silĩa. Et clisteria ẽt sint eiusdẽ intentõis facta ex decoctõe hordei ꝛ maluaꝝ: ꝛ sint in eis mucilago maluauisci fenugreci semis lini oleum sisaminũ ꝛ silĩa. Si vero apa sit frigidũ phl'aticũ in principio: incipe cũ oleo rosaceo de spica ꝛ aceto: postea adde folia lauri grana eius ꝛ oleũ ipsius. in lauro enĩ est plurima fiducia silr in ruta. Si vero apata ista maturent̃ qđ raro ꝯtigit de phl'atico ꝛ mel'olico ꝛ cholerico sꝫ frequẽter de sanguineo post principiũ in quo ꝓcedendũ ẽ vt dictũ fuit in resolutõe ꝓcedatur cũ minus calidis ꝛ magis hũidis hñtibus viscositatẽ. Est enim scđo cañ. medicamẽ resolutiuũ de cuius ꝓprietate ẽ vt fortitudine siue caliditatis ꝯuertendo hũorẽ in vaporẽ finiat ipsũ. Medicamẽ ṽo maturatiuũ ẽ cui⁹ ꝓprietas ẽ vt acqrat hũori digõnẽ qm̃ calefacit cũ eq̃litate ⁊c. Mollificatiuũ ṽo est q̃ sua caliditate ꝛ humiditate poros mẽbri dilatat: ꝛ ꝑparat hũorẽ ad facilẽ expulsionẽ. Unde resolutiuũ hꝫ caliditatẽ cum siccitate notabili absqꝫ viscositate: sꝫ maturatiuũ hꝫ caliditatẽ moderatã cũ hũiditate ꝛ viscositate. mollificatiuũ vero moderatã cũ multa hũiditate. Maturatiua vero i calido sũt malua maluisc⁹ fenugrecum semen lini oleũ sisaminũ ꝛ silĩa quib⁹ vtere scđm exigentiã ꝛ in valde calido potes his addere mucilaginẽ psilij. sed apate maturato erũpendum est cũ motibus sic sternutando: et velociter se mutando de latere ad latus et similib⁹: et scđo cũ applicitis ꝛ etiam sedendo in tinis siue semicupijs in qbus sit fim⁹ colũbinus ꝛ cepe narcisi. ꝛ tertio cũ sumptis in quib⁹ sit fermentum ꝛ silĩa. ꝛ quarto si appareat tumor in alhati aut in regiõe colli vesice inter bursam testiculoꝝ ꝛ anũ cum incisiõe. Qđ si apa fuerit durum post vniuersalia ex phl'omia ꝛ ventris lenitione due sũt intentiones: vna est mollificatio a qua inchoandũ est altera resolutio ꝛ materie eductio ꝑ mollificatõe vtere mucilaginibus dictis. Item oleo sisamino oleo amigdalaꝝ dulciũ. Itẽ medullis ꝛ pinguedinibus ꝛ silĩbus. ex quibus fiant vnctiões empl'a epithimata: itẽ clisteria. ꝛ sumat ẽt ea que sunt ad hãc intentionẽ postea vtatur magis resolutiuis ꝛ ẽt ꝓuocatiuis in qbus nõ sit superfluitas vt resolutis partibus subtilibus remaneat grossũ et ꝯuertatur in lapidem imo ꝯsidera vrinã: ꝛ quotiẽs ingrossat̃ ꝓuoca cũ equalitate: ꝛ quotiens stat absqꝫ ingrossatõe mollifica. ꝛ de signis maturitatis ꝛ obedientie mãe ẽ multiplicatio vrine. ꝛ ad resoluendũ conferunt vnctões ꝛ vaporatões cũ oleo camemilino nardino sambacino costino laurio. et ꝯferunt emplastra ex meliloto camemilla semie lini. Et qñ sunt necessaria ea que sunt sicut bdeliũ amoniacũ serapinũ adeps vrsi medulla vaccina ꝛ ceruina. ꝛ quãdoqꝫ ẽ necessariũ vt bdelium ãmoniacũ Et silr camemilla tribuli ꝛ mellilotũ dissoluãtur in decoctõe diureticoꝝ ꝛ dentur ex eis in potu. Quandoqꝫ vero in apanb⁹ duris duas intentões simul ꝑficimus miscendo mollificantia cũ resolutiuis in applicitis sumptis ꝛ clisterizatis. item in tinis siue semicupijs quibus mltotiens oportet vti iaꝫ ꝑcedentib⁹ vnctionibus: tum ad sedandũ dolorẽ tum ad ꝓuocandũ vrinã ꝛ maxime in apostemate duro ꝛ phl'atico: Et etiam in apostemate calido cum est facta maturatio ad rumpendũ ipsũ. et nota q̃ cura apostematũ renum ꝛ vesice cum pendet a mã eadẽ vel simili est eadem exigens easdem vel similes ĩtentiões: et cum eisdem ꝑficiendas. ꝛ non est differentia nisi in quattuor. Primũ qr minori tempore debemus ꝯtinuari frigida repercussiua in apate vesice q̃ꝫ renũ. et scđo debemus esse magis in eo soliciti de sedatõne doloris ẽt cum stupefacientib⁹ sũptis iniectis ꝛ applicitis: qr est membrũ magis neruosũ. Et tertio magis sollicitĩ vt vrina educatur cum in apostemate vesice frequẽtius retineatur: ꝛ q̃rto q̃ aliquando vtimur siringis ꝛ catatir tum ad inci[illegible]endas medicinas ad extrahendũ vrinam ꝛ que in vesica ꝯtinentur: Quib⁹ non possumus vti in apostematib⁹ renuꝫ. q̃ pp mihi placuit horum curationes in eodem capl'o ꝯcludere. Sed pro tertio regie primo curentur accidentia ꝭm q̃ oꝫ dolor qdem cum anodinis applicitis sicut fomẽtando cũ spongijs de filtro ĩfusis in decoctionibus seminis lini aneti fenugreci paritarie florũ camemille meliloti ꝛ similiũ. Item cũ vesicis plenis his decoctõib⁹ ꝛ oleis ad hanc intentionẽ. itẽ cũ semicupijs eiusdeꝫ intẽtõis: ꝛ his nõ sufficientibus stupefaciendum est dando requiem in cã calida ꝛ frigida filonium. itẽ applicandũ iusquiamũ opiũ ꝛ huiusmõi cũ ãdinis. Si vero vrina retineatur recurre ad capl'm precedẽs de difficultate vrine: ꝛ reliqs succuratur ꝭm eoꝝ exigentiã. Secunda vero intentio huius regiminis. s. regie sex rerum ẽ vt dieta in apatibus calidis sit tenuis frigida: vnde vtat̃ ptisana hordeacea pane loto spinachijs blite ꝛ similibus: omittendo vinũ carnes ꝛ oua vsqꝫ ad statũ inclusiue. ꝛ bibat aquã ordei aut zuccari non multum frigidam neqꝫ calidã paulatim suggendo eaꝫ sed postea ingrossetur dieta paulatim vtendo carnibus vino et ouis. Sed in apostematibus frigidis vtat̃ in principio in potu aque mellis iure cauliũ ꝛ etiam ferculis suprascriptis: sꝫ possunt esse fercula sua cocta in iure laudabiliũ carniũ ꝛ cũ zuccaro cõdita postea dieta magis ingrossetur vtendo vino carnib⁹ ꝛ ouis: Grossior enim ꝯuenit dieta in frigidis q̃ꝫ in calidis. ꝛ in principijs non vtatur cibis aut potibus diureticis sed in ꝓcessu sic: ꝛ ꝓprie cum ventum est ad statum ꝛ adhuc magis in declinatiõe sicut ferculis in quibus sunt semina cõia frigida in apostematibus calidis: sed in frigidis iure ciceruꝫ ꝛ decoctionibus radicũ ꝓuocantiuꝫ: ꝛ in quocunqꝫ tempore vitetur potus superfluus: immo sit parcus ꝛ proprie cum retinetur vrina: dormiat multuꝫ. ꝓuocurẽtur eũones solite siue naturales siue non naturales. Quiescat animo ꝛ corpore nisi cum instaret tempus eruptõis apostematis: nã motus iuuat ad erumpendum vt dictum fuit.

## De ardore vrine.

Ardor vrine est dolor mordicatiuus in meatu colli vesice aut virge causa vrine qui aliquando est intensus aliquando remissus: aliquãdo nouus: aliquando antiqus: quandoqꝫ frequens: aliqñ rarus. Cause eius sunt acuitas vrine pp ꝑmistionem alicuius acuti cum ea sicut ẽ cholera phl'a salsũ aut alius hũor notabiliter acutus. item sicut sanies arenule: frusta lapidis ꝛ similia cum vrina mista. Scđa causa est excoriatio superficialis aut vlcus in vesica aut in meatu colli eius aut virge. itẽ scabies adustionem faciens. Cã vero excoriationis ꝛ vlceris est aliqñ lapis: aliqñ hũor choleric⁹: aut baurachius ꝛ similes hũiditates acute: tertio aliqñ in causa est apostema: aut pustula que rumpit̃. quarto aliquando in ea ẽ percussio aut casus. causa vero scabiei scđm pl'm sunt hũores adusti. Tertia causa est defectus hũiditatis in carnibus glandosis que sunt in collo vesice cuius finis est duplex vnus est tẽperare acuitatem vrine cui ꝑmiscetur. ꝛ secunda vt ipsa sparsa sup meatum vrine faciat ipsum glutinosum: Qua propter ipsa deficiẽte vrina fit acutior magis imprimens: Et scđo tollitur resistẽtia vesice ꝛ meatus vrine imprimenti: hic aũt defectus humiditatis ẽ aliquando ꝓpter frequentem coituꝫ. nam ille humiditates

egrediũtur cũ spermate ꝓpter vicinitatẽ ipsarũ ad ipsũ cum exi tu plurimi spermatis. Jtẽ deficiũt pp egritudines ⁊ cãs extrinse cas eliquantes corpus. Cãe ãt primitiue sunt res acute sũpte ſi cut cantarides cibi ⁊ medicine acute.

**Signa** ardoris vrine sũt punctio aut mordicatio sensa ta in capite virge aut in peritoneon qñ mingit̃ ⁊ ẽt post mictũ ſ3 ꝙ fit ab acuitatẽ vrine cognoscit̃ ex ↄ̃fectu aliaꝝ cãꝝ quaꝝ signa ponet̃. ⁊ ſi vrina ſit citrina indicat̃ ꝙ ei ſit admi ſta cholera. Si vero alba ꝙ ei ſit admiſtio phlatis baurachij. et quodcũꝗ ei admiſtũ potens facere ipsã acutã facile cognoscit̃ poſt eius reſidentiã ſiue ſit ſanies ſiue lapis ⁊ quodcũꝗ hmõi. S3 ꝙ ſit ab excoriatõe vel vlcere in locis iã dictis cognoscit̃ per exitũ ſanguinis aut ſaniei aut vtriuſꝗ cũ punctõe ⁊ mordicatõe in locis dictis: hoc addito ꝙ in membro ſupiori nõ ꝓceſſerit ſo luta ↄ̃tinuitas a qua tal' ſanguis aut ſanies poſſit emanare: nec ẽt ſanies illa deſcendat a ↄ̃cauitate venaꝝ abſ3 vlcere ſicut ple rũꝗ accidit ſanis nõ exercitatis ſcða primi capitulo de ſignis ſubẽ vrine: hoc aũt certificat̃ q̃r ſi ardor ꝓceſſit exitũ ſanguis aut ſanie ſignificat̃ ſolutionẽ ↄ̃tinuĩ eẽ in locis iam dictis. Si vero exi tus ſanguinis aut ſaniei ꝓcedat ardorẽ: verificat̃ a mẽbris ſupio ribus ↄ̃ungit̃. Et diſcernit̃ an mẽbra ſuperiora ſint vlcerata vel nõ vlcerata ex bona valitudine aut aduerſa necnon ex ſignis vl cerũ cuiuſcũꝗ membri aut priuatõe ipſoꝝ. Quod vero ſit a ſca bie cognoſcit̃ ex vſtiõe vrie fetore eius ⁊ dolore vehementi cum pruritu ⁊ ſedimie furfureo. Et cũ ↄ̃diuturnat̃ qñꝗ erit hũiditas ⁊ qñ3 aliqđ ſanguinis ſicͭ accidit in ſcabie mẽbroꝝ extrinſecoꝝ. Signa vero cãꝝ vlceris ⁊ ſcabiei ſũt nota ex capitulis ꝓcedenti bus ⁊ ex dictis in hoc caplo. Quod vero ardor vrine ſit ex defe ctu hũiditatis in carnibus glãdoſis cognoſcit̃ ex carentia aliaꝝ cauſaꝝ: Jtẽ ex cãis defectus huius hũiditatis quaꝝ ſermo ꝓceſ ſit. Signa autem cauſaꝝ primitiuarũ ſũt ipſaꝝ ꝓceſſio cũ ſubſe cutõe ardoris.

**Pronoſtica** primũ ẽ Hip. ſexta aphoriſmoꝝ nefre tici ⁊ circa veſicã dolores laborioſe ſa nant̃ in ſenibus. Scðm Raſis ⁊ Aui. ardor vrine cũ ꝑſeuerat ꝑ ducit ad vlcera in inſtr̃is vrine. Tertiũ ardor vrine in nõ ſenibꝰ aut nõ habentibꝰ ſolutã ↄ̃tinuitatẽ in inſtr̃is vrine facile curat̃ ni ſi ſequatur extremã ↄ̃ſũptionẽ hũiditatis carnis glandoſe qđ ãt futurũ ſit in ardore ſequẽte vlcera inſtroꝝ vrine videbit̃ i ſequẽ ti capitulo. Almanſor.

Cuz eger dũ mingit ſentit ardorẽ ⁊ punctionẽ in vir ga, a ſalſis ⁊ acetoſis ⁊ acutis abſtinẽdus eſt ⁊ nutriẽ dus eſt ex tapeis lenibus ⁊ zibrebegi ⁊ eoꝝ ſimilibus hec quoqꝫ medicina dãda eſt ei. re. ſeminis melonis excorticati. ℨ. xxx. citrulli cucurbite portulace papa ueris al. ſeminũ ãn. ℨ. iij. ſe. iuſqami al. ℨ. ij. zuccari albiſ ſimi ad põdꝰ oiũz pulueris hoꝝ quotidie. ℨ. iij. i mane ⁊ alie. iij. circa nocte cum vnce. i. ſirupi viol. aut iulep ſumantur. Jo. ar.

Hoc caplm diuidit in tres ptes. Jn pria notificat ar dorẽ vrine abſolute. Jn ſcða ponit eius curationem. ſcð3 vnã cauſaz tantũ. Jn tertio admonet medicũ vt ſit diligens in curãdo ardorẽ vrine. ſcða ibi. A ſalſis ⁊ acetoſis. tertia ibi. Hec quoqꝫ egritudo. q̃ dicit in pria pte no ta ſũt. Jn ſcða dicit ꝙ abſtinere d3 a ſalſis ⁊ acetoſis ⁊ cũtis q̃r augent mordicationẽ: ⁊ nutriendus ẽ ex tapheis lenibus. i. que habẽt lenire humectãdo. ẽ ãt taphea duplex: quedã alba ⁊ fit ex carne ⁊ iure: quedam viridis: ⁊ fit ex ſupraſcriptis cũ aliq̃ herba dante colorẽ viridẽ: ⁊ zebengi: vel zibrebegi. Et eſt taphea mi ſta cũ ouis ⁊ ſiſibus. ſ. hũectantibꝰ: hoc quoqꝫ medicamẽ dan dũ ẽ. ℞. ſeis melonis excorticati. ℨ. xxx. ſe. citrulli ſe. cucurbite ſe. portulace ſe. papaueris albi oium ãn. ℨ. iij. ſe. iuſqami albi. ℨ. ij. zuccari albiſſimi ad pondꝰ oiũz de pulue eoꝝ quottidie in potu ℨ. iij. in mãe dande ſunt ⁊ totidem circa noctem. i. p duas horas aut tres ante cenã cũ. ℨ. i. ſirupi vio. ⁊ aliq̃ aq̃ ↄ̃ueniente ſicͭ deco ctio hordei ligritie ⁊ ſebeſten aut cum. ℨ. i. iulep. i. aque zuccari. ~~hec quoqꝫ.~~ Almanſor.

Hec ergo egritudo nõ ẽ ꝑuipendenda: q̃r cũ ſit man ſiua ⁊ perſeuerans, ꝑueniunt ex ea in veſica et inſtr̃is vrinalibus vlcera. Almanſor.

Hic admonet medicũ vt ſit diligẽs ĩ cura huiꝰ egritudis ⁊ patz

**Cura** Hic tantũmõ ordiabo curã ardoris ab acuitate vri ne: Et pp defectũ hũiditatis glutinoſe: Et tertio pen dentis a cauſis primitiuis. Reliquarũ cauſaꝝ cura ꝑtinet ad ſe quens capitulum.

**Cura** ergo ardoris ab acuitate vrine exigit duplicẽ inten tionẽ. Pria eũat hũorẽ acuentẽ vrinã ⁊ ipſũ diuer tit ad regionẽ aliã. Secũda alterat diſcraſiaz calidã ⁊ ſiccaz mẽ broꝝ hũidoꝝ ⁊ aquoſitas. Pria aũt intentio cõpletur exhibẽ do. ℨ. i. florũ caſie aut. ℨ. i. ⁊. ſ. manne cũ ſero caprino aut aq̃ ðco ctionis ſebeſten ⁊ prunoꝝ. Et poteſt cũ his miſceri ſirupus aut iulep vio. Et apud me nihil ponat̃ qđ ſit diureticũ ne hũores ð riuent̃ ad vias vrine. Et potio hec põt aliqñ replicari. Diuertun tur ẽt ⁊ eũantur hũores cũ vomitu ſm ipſoꝝ exigẽtiã: ⁊ ẽ ꝑſtans medicia marie egro nauſeante: et ꝓpe cũ eſt facilis ad vomitũ: ſint tñ vomitiua nõ acuta ſicͭ oximel cũ aq̃ hordei. Jtẽ conferũt cliſteria alterãtia ⁊ diuertẽtia facta. ſ. ex lacte cũ oleo vio. ⁊ caſia ⁊ ſiſibus eiuſdẽ intentõis. et ſanguie ðñante aut ẽt ſubdominã te ſi alij hũores ſint ſibi admiſti apti cũ ipſo eũari fiat phlomia cõiter ex baſilica: aut ex ſaphenis mã exiſtente plurima: ⁊ marie cũ mouet̃ ad ſuperiora: aut ſi in cauſa fuerit retento ſanguis mẽ ſtrualis aut hemorroidalis. Prouocatio ẽt ſudoris optie ꝓfert eũando ⁊ diuertẽdo. S3 hic dubitat̃ vtrũ diuretica ſiue eũantia p vrinã ↄ̃ueniant. Et videtur ꝙ ſic ex Raſi ⁊ ceteris q admiſtrant ſemia cõia ⁊ alia diuretica vt dicit Aui. in caplo de ardore vrine et ſi nõ fuerint vlcera nec ſanies tũc melior cura eius erit ex vbe ratio vrine ↄ̃ſequẽter exhibendo ſupfluitates cũ ſolutiõe ſubtili. i. poſtꝗ extraxeris ſupfluitates cũ ſolutione ⁊c. Tertio aliqñ oꝫ educẽ ſuperfluitates que ſũt in mẽbris vrinalibꝰ q̃ melius edu cunt̃ cũ diureticis. Quarto quãto vrina ẽ maioris quãtitatis mi norẽ facit ardorẽ vt docet experientia q̃re multiplicãtia eſt. ⁊ cõ firmatur q̃r quãto magis mĺtiplicatur eſt minoris acuitatis vt de clarat ſenſus ⁊ ratio. Jn oppoſitũ q̃r diuretica ducũt hũores ad inſtr̃a vrine ⁊ cogũt frequẽter migere: mingere ħ tñ eſt veheme ter nociuũ. Amplius Aui. de caplo de cura vlcera in renibꝰ ⁊ ve ſica dicit. et minoratio potus aq̃ vt minoret̃ neceſſitas mingẽdi. ⁊ minoret̃ motus renũ ab eo qđ ꝑuenit ad eos: ⁊ eoꝝ ratio p iſtõ canon eni curatõis vlceꝝ ẽ q̃es. Credo in hoc dubio tenẽdum eſſe tam in ardore vrine q̃3 in vlceribus mẽbroꝝ vrinaliũ aliqñ cõpetere diuretica tũ ad ducẽdũ virtutes medicinarũ ad loca il la tum ad eũandũ ſupflua ↄ̃tenta in meatibus ipſoꝝ que aptiſſi me p eandẽ regionẽ eũantur. Tenendũ ſcðo de intẽtione. Aui. ꝙ leuiora debent admiſtrari in vlcere veſice q̃3 ardore eiꝰ ſequẽ te acuitatẽ vrine: nã diuretica ingetant mẽbra vlcerata: et canon curatõis vlceꝝ ẽ quies. Tertio tenẽdũ ꝙ in ardore vrine ſequẽ te paucitatẽ hũiditatis glutinoſe nõ ↄ̃petũt diuretica. Quarto te nẽdũ ꝙ exuberatio vrine in ardore eius ẽ melior cura eius: nõ qdem facta p diuretica ſ3 potius p cibos ⁊ potus mĺtiplicãtes aquoſitatẽ vrinalẽ ſicut cucurbite ⁊ ſiſia. et ↄ̃ſequẽter potũ aque frigide i eo ↄ̃uenire niſi aliqđ groſſũ cũ vrina miſtũ ipediat: nõ ſic in vlceribus mẽbroꝝ vrinaliũ cũ ois potus ſuperfluus vini ⁊ reliquoꝝ in vlceribus hoꝝ mẽbroꝝ vitandus eſt. Cõtraria ãt huius determinatõis facile ſoluunt̃. Scða aũt intentio. ſ. altera tio dyſcraſie ꝑficitur regie medicinali ⁊ ſex rerũ. et ex medicinis ꝑficientibꝰ hanc itentionẽ ẽ puluis Raſis. ſ3 preter hũc quedaz alia ſubiungẽt. ſ. trociſci ſirupi ⁊ aque. deſcriptio trociſci ad anti quos ardores vrine cũ patientes cogunt̃ frequẽter mingere cũ multo dolore. ℞. medulle ſe. citrulli ⁊ cucurbite ãn. ℨ. iiij. ſeis la ctuce ⁊ portulace ãn. ℨ. ij. ſucci liqritie glandiũ ana. ℨ. i. roſarũ. ℨ. ſ. violaꝝ lentiũ excorticataꝝ ãn. ℈. i. terant̃ ⁊ cũ ſucco portulace ⁊ mucilagine pſilij fiant trociſci quoꝝ quilibet ponderet. ℨ. i. ⁊. ſ. exhibeat̃ cũ lacte aut decoctiõe hordei ſebeſten ⁊ ſiſiuz. et ſi vis magis ↄ̃ſtrigere ↄ̃pone cũ ſucco hipoqſtidos. Sirupꝰ. ℞. ſucci endiuie lactuce caude equine ana ptẽ. i. bulliant ↄ̃tinue diſpumã do q̃bus diſpumatis adde ſucci cucumeris ⁊ lactis ſeminũ cõ

muniũ frigidorũ ꝛ aque violate ana ptē.ſ.buliant lento igne. et cum zuccaro albo fiat sirupus longꝰ de quo denſ mane ꝛ veſpe re.ʒ.iiij.p vice. Sȝ nota ꝙ ex pſtantibus sirupis est sirupus de pauere cuius.ʒ.ij.ſumanſ cũ aqua ꝯcoctōis hordei mũdi ſebeſten ꝛ ligritie i māe ꝛ medietas i veſpi aut ſumāſ cũ ſucco cucurbite bulito ad ꝯſũptionē tertie partis. Et aqua facta ex decotione ſebeſten ꝛ q̃tuor ſeminũ cōium frigidoꝝ papauere albo ꝛ ligritia est pſtans.ꝛ ſi ardor eēt ex hũore groſſo vrie pmiſto tũc valde ꝯuenit aq̃ ſublimatōis acori ꝛ floꝝ malue bibita oi die cuius doſis ſit.ʒ.iij.que exhibeanſ bis in die in ieiuno. Et ſi ardor eſſet vehemēs eēt neceſſariũ admiſtrare aliqd de ſtupefacientibus fortibꝰ ſic de trociſcis alkekengi priꝰ tñ tēptatis leuioribꝰ.ſ. papauere exhibēdo oia pmiſta cũ aqua aut ſirupo eiꝰ:hec etiaȝ intentio pficiſ cũ iniectiſ ꝛ applicitiſ. Simplicia ſũt ſeia quattuor albumē oui ſiue aqua eiꝰ poſt fortē eius ꝯquaſſationē lac mulieris aſine aut capre mucilago pſilij ꝛ ſeis cydonioꝝ oleũ nenufarinũ. Sed cōpoſitũ auxiliũ optimũ ſic fit ℞.ſeis pſilij ꝛ cydoniorum integroꝝ ana ptes equales ꝛ pone ea i ſucco cucurbite calido ꝛ ſtent in iſuſiōe quoqȝ poſſint extrahi mucilagines que extracte buliant cũ oleo vio:mandragorato papauerio nenufarino.deinde ponātur in eis lac mulieris lactantis puellā quā peperit ꝛ albumē oui recentis:ꝛ fiat hoꝝ agitatio ꝛ ꝯquaſſatio: Et vltimo addaſ canfore paꝝ.ꝛ fiat hoꝝ ſimpliciũ ſiue cōpoſitum frequens iniectio in virgam ꝛ veſicā caue tñ ne iniciant cũ dolore. Nam forte ſequereſ maius nocumentũ q̃ȝ vtilitas: Qua pp ſiringa ſit ſubtilis ꝛ aptiſſima quā eger ſibi imponat aut iponaſ ab artifice bene experto ꝛ opante cũ leuitate. Sed ab extra epithimentur aut vngant renes femur ꝛ peritoneō. ℞.oleorum violacei naufarini lotoꝝ cum ſuccis endiuie plantaginis ꝛ ſem peruiue aŭ.ʒ.i.lactis mulieris.ʒ.ſ.mucilaginis pſilij.ʒ.i.ſ. cāfore.℈.i.cere albe.q.ſ.fiat vnctio q̃ eſt ꝯferens valde qñ ardor vrine eſt cũ difficultate mingendi. Itē cũ impedireſ vria emplaſtretur femur aut peritoneon cũ vmbilico veneris decocto.item valet fomētatio cũ ſapa in qua decocta ſint vrtica paritaria ꝛ malua et in vehementia ardoris initianſ in virgā narcotica.ſ.aliqd de ſeie iuſquiami albi aut opij.ꝛ pone in capite virge de aqua roſa.in qua diſſolutũ ſit opiũ cuius aliqd per foramē ingrediatur Agentia aut a ꝓprietate ſũt veſica tauri ꝛ veſica capre pulueriȝate ꝛ puluis miſceaſ cũ his que iniciunſ in veſicā. Cura vero ardoris ſequentis defectũ hũiditatis glutinoſe pficitur ꝓhibēdo coitum ꝛ remouēdo oēs cauſas corpus exiccantes:ꝛ admiſtrādo oia hũectantia qualitatiue ꝛ ſubſtātifice interius ꝛ exterius. Sȝ cura ardoris vrine ſequentis lapidē aut arenulas māifeſta eſt ex cura lapidis de qua ſcḋo pceſſerit. Cura aũt ardoris vrie ſequentis ſolutionē ꝯtinui poneſ in caplo ſequenti.

**Regimen** aũt ſex rerũ ꝯplens hanc intētionē ſecũdā ē infra ſcriptũ:aer declinet ad frigidũ ꝛ humiduȝ nec ſit multũ optus pannis ſcḋm renes aut regionē veſice non tñ multũ frigeat ſcḋm veſicā. Cibi eius declinet ad frigidũ ꝛ hũidũ.ꝛ ſint inſipidi aut pauce dulcedinis:ꝛ viteſ acuta amara ſalſa acetoſa ꝛ multũ dulcia. Iteȝ multũ ſtiptica aut viſcoſa ꝓ pꝛie qñ vrine eēt admiſtũ aliquid groſſũ de genere hũoris lapidis ꝛ ſimiliũ. Et vitentur multũ aperientia ꝛ ꝓuocātia:panis eiꝰ ſit ex optia farina frumenti paꝝ fermentatus non ſalitus vinuȝ eius ſit pauciferũ mediocris ſubē bñ clarum vnius anni tantũ ꝛ limphetur cũ aqua bñ ꝯditionata aut aqua decoctōis hordei ꝛ ſebeſten ꝛ ſimiliũ aut bibat aquā ſolam ſimplicē aut decoctōiſ rerũ dictaruȝ.ꝛ potus lactis eēt preſtās niſi adeſſet febris putrida. Fercula ex ouis ꝛ lacte ꝯueniunt aut ex pane loto ꝛ ouis ſecũdũ cōem vſum.ex granis ꝯuenit hordeũ ptiſana hordeacea robile aut hoꝝ kiſt.ex herbis ꝯuenit lactuca ſpinachia blitis endiuia malua borago. Iteȝ ꝯuenit cucurbita pepon melō indus cucumer citrulus.ex fructibus ꝯueniũt pruna perſica poma pinee preparate vitentur ficus ſicce ꝛ hũide.itē vue recentes ſȝ ſicce ꝯueniunt. Qua ꝯueniũt lac butyrũ recens capita lactis caſeus recens nō ſalitus nouiter factus.et conueniēs ſũt pulli ꝛ cetere aues bñ ꝯditionate ex quadrupedibus vituli lactātes agni edi ꝛ ſilẽs:ꝛ cōiter comedanſ elixe. Oleũ amigdalinũ ē ceteris oleis melius. Notabiliter dormiat.pcuret euōnes nāles fugiat coitũ ſit quietus animo ꝛ corpore.

## De amictu ſanguinis ꝛ ſaniei.

